a solis Episcopis absoluendi. 863. num. 42.**
- Beneficio priuandi clerici qui clericalem ha-
bitum non deserunt, aut tonsuram ad præ-
scriptum. 148. Qui abfuerint ultra duos
menses. 150**
- Beneficij titulus ante sacram ordinationem
exhibendus. 581. Eius valor annuus quan-
tus esse debeat. ibid. eiusque valoris testifi-
candi ratio. 582. eeq; testificationes quan-
do exhibendæ, & a quib. cognoscendæ. 143**
- Beneficij consequendi causa dantes aut reci-
pientes aliquid simoniacè, a solo Papa ab-
soluendi. 856. Aut alium pro se in exami-
ne substituentem. 856. Aut eius iurisdic-
tionem, bona, census, & iura vsurpantes. 862.**
- Eiusdem quoque sequestrationem a sede
Apostolica decretam prohibentes, a solis
Episcopis absoluendi. 862. num. 36.**
- Beneficij a minore obtenti administratio, aut
procuratio quibus non committenda. 47.
Decretum 42.**
- Beneficiorum bona & iura qui ea vsurparint
in excommunicationem incidunt, ijque a
solo summo Pontifice absoluendi. 860**
- Beneficiorum administratores quæ parent,
& exhibeant in visitatione Episcop. 441.**
- Beneficiorum vacantium fructus non attri-
buendi Episcopali canonicali ve mēsa &c.
& constitutiones statuta &c. in contrarium
abrogantur, & qui eas seruarit, a solo sum-
mo Pontifice absoluendus. 858. eorundem
beneficiorū fructus sequestri nomine de-
tentos occupantes, a solis Episcopis absol-
uendi. 562. num. 36. Eorū qui absunt, fabricæ
ecclesiæ, & ornamentis attribuuntur. 150**
- Beneficiorum fructibus priuandi clerici qui
canonicas horas intermittunt, & quando
etiam**

I N D E X R E R V M.

etiam ratione infirmitatis. 38. Decret. 20.
 Qui clericalem habitum non deferunt. 148.
 Qui non resident. 150.
 Beneficiorum decimarum vacationes, prouision-
 nes, & collationes certo libro notanda.
 pag. 463. 475. 476. 488. Erecciones item.
 464. mutationes quibus, quando, & a quo
 denuncianda. 595. Quique id non praestiterint,
 quomodo multandi. 849. Eorum
 prouisiones, itemque admissio resignatio-
 num, & permutationum, vniones quoque
 diuisiones &c. in suo foro Archiepiscopo
 referuantur. 415.
 Beneficiorum auiditas Seminarij clericis dis-
 suadenda. 805. praecipue a confessorio. 823.
 A Beneficijs ijs absentes quomodo punien-
 di. 150. fructus suos non faciant. ibidem.
 Absentiae facultates exhibeant ibidem. &
 a quo facultatem huiusmodi petant. 415.
 In beneficijs iuris patronatus laicorum si-
 mul, & ecclesiasticorum vt se gerat item
 Vicarius Generalis Archiepiscopus in ali-
 quod beneficium admittendo vel proban-
 do. 421.
 Circa beneficia quae gratis in Cancellaria
 Episcop. conficienda, varii indices ad ea
 pertinentia a Cancellario Archiepiscop.
 conficiendi. 485.
 Beneficia maxima Dei erga populum Me-
 diolanensem, praecipue quoad Archiepi-
 scopos. 1002 & sequent. Quoad pestilen-
 tiae extinctionem varie toto libro memo-
 riali describuntur. 1. p. 3.
 Beneficium extinctionis pestilentiae Medio-
 lani maximum, tum ratione sui ipsius. 3.
 par. 3. cap. 1. tum ex parte Dei a quo illud
 acceptum est. 14. p. 3. cap. 2. tum ex parte
 eorum quibus tributum est. 18. p. 3. cap. 3.
 tum ex parte cause propter quam con-
 cessum fuit. 21. p. 3. cap. 4.
 Variis quoque rationibus ad perpetuam il-
 lius memoriam retinendam excitatur po-
 pulus. 25. tota parte 3.
 Beneficiorum a Deo acceptorum memoria
 ad gratias illi agendas maxime nos exci-
 tare debet, variaque huius grati animi
 exempla ex sacris literis afferuntur. 43.
 p. 3. cap. 4. Hanc ipsam memoriam Deus
 a nobis requirit, ad idque varia ex sacris
 literis exempla afferuntur. 60. p. 3. cap. 7.
 eorum immemores, aut de ijs superbien-
 tes maxime odit ac seuerè punit Deus.
 pag. 28. par. 3. cap. 2.

S. BENIGNVS.
 S. Benignus Mediolani Archiepiscopus exi-
 miae sanctitatis. 837. num. 23.
 BERGOMVM.
 Bergomi Episcopus Narnus a San. Barnaba
 creatus 835. numer. 1.
 S. BERNARDVS.
 S. Bernardus Mediolani Episcopus electus re-
 cūsauit. 843. num. 83. eius opera a clericis
 legenda. 54. Eiusdem dulcis ac deuota ora-
 tio a concionatore imitanda. 143.
 BESTIÆ.
 Bestiæ a cœmiteriis arcendæ. 171.
 In bestijs pascendis occupati curandum a pa-
 rochis vt Missæ interfint die festo. 606. ea
 quoque de re monendi patres familias. 90.
 Vide bruta.
 BESVTIVM.
 Besutum cap. Pleb. Secundæ regionis Medio-
 lan. diœcesis. 423.
 BIBERE.
 Bibere in cœmiteriis, aut ecclesijs vetitum.
 pag. 612.
 Bibentis aliquid ad euertendum Dei iudi-
 cium poenitentia canon. 247.
 BIBLIA.
 Biblia latina vulgata editionis a conciona-
 toribus sequenda. 189. Ad eius tamen ex-
 plicationem vt licet Græca & Hebraica
 lectione. ibidem.
 Biblia vulgaria vetita. pag. 125. ea de re edi-
 ctum ibidem. Ad Cancellarium Archiepi-
 scop. deferenda. ibidem. Quibus permit-
 tenda. 126. num. 6.
 Bibliorum volumen habendum in Sacristia
 ecclesiæ cathedralis. 356. Collegiate. 365.
 Parochialis. 371. Eorum caput quotidie a
 clericis legendum. 54.
 In mensa quoque Archiepiscop. 627. Idque
 detecto capite. 626.
 BIBLIOPOLÆ.
 Bibliopola fidei professionem praestent. 86.
 Regulas Indicis librorum prohibitorum
 obseruent. 125. num. 1. idque curandum a
 parochis. 87. Eundem indicem apud se ha-
 beant. 125. num. 1. Indicem librorum suo-
 rum conficiant, cui ab Episcopo vel Inqui-
 sitore subscribatur. 126. num. 2. Eundem
 indicem Archiepiscopo exhibeant. 126.
 num. 3. Libros eo indice non notatos non
 vendant. ibidem. num. 4. Quae seruent in li-
 brorum venditione. 19. Decretum 40. Si
 libros prohibitos vendiderint quomodo
 punien-

INDEX RERVM.

puniendi. 126. num. 21. Libros novos non vendant, nisi recognitos & subscriptione approbatos. ibidem numer. 22. Libros in ciuitatem non importent nisi facultate in scriptis concessa. 126. nu. 22. Introductos non vendant sine licentia. 126. numer. 22. 23. & 24. Quid seruent cum aliunde libros petūt. 126. ibidem. nu. 20. Libros antiquos aut a defuncto relictos non emant, nisi eorum indicem ostenderit. ibid. nume. 25. Itidem faciant si alteri bibliopola libros vendant. ibidem. num. 26. Idem præstent qui libros vetustate confectos vsuque detritos vendunt. ibidem nume. 27. Quos libros ad inquisitorem deferant. ibid. nu. 5. Quos item non vendant. ibidem a num. 6. vsque ad 19. Quæ seruent si libros imprimi curent. ibidem. **Bibliopolarum suæ parochiæ index a parcho in visitatione exhibendus. pag 440. Vide librarij.**

BIBLIOTHECA.

Bibliotheca Seminarij, vbi, quomodo constituenda, & qua ratione in ea libri asseruandi. pag. 827. Eius bibliothecæ præfecti officium. ibidem.

Bibliothecam a defuncto relictam vt vendere, aut emere liceat. 126. nu. 25. 127. nu. 26.

BIGAMI.

Bigami a sacris ordinibus reijciendi. 141. 146. & 279.

BIRIOLA.

Biriola domestica & oblunga clericis vetita. 103. Vide subbirreta.

BIRRETVM.

Birrerum clericorum Seminarij quale. 333. A Iudæis ferendum. Vide Iudæi.

BIZOCHI.

Bizochorum statum assumentes, a solis Episcopis absoluendi. 863. num. 47.

BLASPHEMIA.

Blasphemix scelus a concionatore tollendum. 190

Blasphemix causæ a quo promouendæ in foro Archiepiscop. 447

Blasphemates seu blasphemii in Deum, Christum Dominum, Beatam Virginem, & sanctos publicè vel priuatim, quando ad sacram communionem nõ admittendi. 230. Ea de re monendi a concionatoribus. 496.

In confratrias disciplinatorum non recipiendi. 741. & adscripti eijciendi. pag. 748. Quando non absoluendi. 574. & qualis eis

pœnitentia iniungenda. 568. 578
Blasphemi famuli, & ministri a suis dominis, mercatoribus, & artificibus eijciendi, eaque de re monendi patrisfamilias a concionatoribus. 496

Blasphemos deferentes, & iudices eosdem punientes, quam indulgentiam consequantur, ea de re constitutio sæpius promulganda, & quo præcipue die. 874

Blasphemantium index in visitatione exhibendus. 440. De eisdem inquirendum a testibus synodalibus. 52

Blasphemis Dei, & Sanctorum manifestis quando non concedenda ecclesiastica sepultura. 294. Eorundem pœnitentiæ Canon. 248

Clerici blasphemantes. Vide clerici, laici. Vide laici.

BLENIVM.

Blenij vallis Vicariatus secundæ regionis diocæs. Mediolan. 423

BOLATVM.

Bolatum cap. Pleb. Quartæ regionis diocæs. Mediolanen. 423

BONA.

Bona ecclesiarum, seu ecclesiastica, clericorum, monialium, piorum locorum, regularium, oblatorum, Iudæorum &c. Vide ecclesia, clerici, &c.

BONIFACIVS.

Bonifacius octauus summus Pontifex, Sanctum Ambrosium ecclesiæ Doctorem declarauit. 1005. Eius constitutio de clausura monialium renouatur. 797. & seq 793.

BONONIA.

Bononiæ scholarium hospitia durante locatione conducentes a solis Episcopis absoluendi. 861

BONVS.

Bonus Mediolanij Archiepiscop. iurisdictionis ecclesiasticæ defensor. 841. numer. 55.

BOVES.

Boues in monasteriis monialium non alendi. 785

BRACHIA.

Brachij immoderata proiectio a concionatore vitanda. 202

BRADILLA.

Bradellæ muliebres ab ecclesiis amouendæ, communes tantum permittendæ, & qua forma. 608. 612. etiam in ecclesiis regularium. 875. Vide sedes muliebres.

Bradella altaris. Vide altaris.

BRE-

INDEX RERUM.

B R E V I A.

Breua Pontificia a quo præsentanda in foro Archiepiscop. 459

Breue indulgentiarum disciplinatis concessarum. 754. ab iisdem quando legendum. pag. 748. Vide bulla.

B R E V I A R I V M.

Breuiarium sanctæ Crucis abrogatur in diœces. Mediolan. Decretum 5. In synodo diœcesana exhibendum. 7. Et in congregationibus diœcesanis. 406. de quæ eo quærendum à Vicar. foran. 409

Breuiarij ad vsum diuinorum officiorum ornatus & forma. 385

Ad Breuiarij noui Romani præscriptum diuina officia recitanda in ecclesijs ritus Romani. 24. Decret. 19.

Ad præscriptum Breuiarij noui Ambrosiani diuina officia recitanda in ecclesijs item ritus Ambrosiani. 7. Decret. 5. & qui non recitarint quomodo puniendi 49. Ea de re edictum. 48. Ad eius item præscriptum ne sperarum officium in parochialibus die festo canendum. 112. Eiusdem rubrica de Martyrologio quomodo seruanda. 113

De Breuiarij praxi examinandi, qui ad maiores ordines promouentur. 583

Breuiaria ad vsum diuinorum officiorum quot, & qualia in Metropolitana. pag. 353.

In cathedralibus. ibid. In collegiatis tam ritus Romani. 362. quæ Ambrosiani. ibid. In parochialibus item ritus Romani. 369. & Ambrosiani. 369

Breuiaturam in substantialibus mutâtes, aut configare malitiose differêtes, aut amittentes, quomodo mulctandi & puniendi Notarij Cancellariæ Archiepiscop. 461.

B R I P P I V M.

Brippium cap. Pleban. Quintæ regionis diœces. Mediolan. 423

B R I X I A.

Brixia Episcopus Anatolius a San. Barnaba creatus, ibiq; multa perpeffus. 835. num. 1.

B R V T A.

Bruta in ecclesijs non pingenda. pagina 394. A cœmeterijs qua ratione arcenda. 171. cum iisdem coeuntis pœnitentiæ Canon. pag. 255. Vide belluæ.

B R V Z Z A N V M.

Bruzzanum cap. Pleb. Quartæ regionis diœces. Mediolan. 423

B V L L A.

Bulla die cœnæ Domini legi solita in con-

fessionali affigenda. 170. A confessarijs habenda. 575. Eiusq; cognitio in iisdem maxime requisita. 557. 575

Bullæ summorum Pontificum a quo præsentandæ in foro Archiepiscop. 859

Bullarum Pontificiarum certis annis temporibus promulgandarum tabella. 870

B U R C H I E L L I V S.

Burchiellij rimæ vetitæ. 127. numer. 16.

B V R S A.

Bursa pixidis ad egrotos deferendæ in singulis parochialibus habenda, & qualis. 170. Vide sacculus pixidis.

B V T I R V M.

Butiro in Quadragesima vesci prohibitum. pag. 139.

C

C A D A V E R A.



Adauera qua ratione curanda an tequam sepeliatur. 293. Qua via ad sepulturam efferenda. 290.

Pallio altaris non efferenda, alioqui vt multatus parochus. 852.

Sepulturæ tradita sine Episcopi concessu non asportanda. 292

Cadanera monialium extra septa non sepelienda. 785

Cadauera occisorum si sint alienæ parochiæ quò alio trãferri permittat Parochus. 292

Cadaueri adhibitæ vestes & indumeta a clericis non accipienda. 292. Et pro ijs quæ circa illud disponuntur in fureribus, nihil a quoquam accipiendum. 292

Cadaueris efferendi pallium. Vide pallium. Vide mortui. Vide funera, & exequiæ.

C A E C I T A S.

Cæcitas spiritualis quam grauiâ damna importet. 4. p. 3.

C A E R E M O N I A E.

Cæremoniæ in exorcismis fontium, & sponforum benedictionibus, & sacramentorum omnium administratione debitæ adhibendæ, & qua pietate. 208 In baptismo adhibendæ quæ. 149. tum antequam ministratur. ibid. tum in ministracione ipsa. 212. tum post ministracionem. ibid. & quid ille omnes significant. ibid. Non omittendæ sine necessitate. 210. Adhibendæ etiam ijs qui domi baptizantur. 213 A parochis, aut de eius, Episcopive licentia ab alio sacerdote ante ministracionem præuidendæ. 208. Earum

I N D E X R E R V M.

Earum item myſteria, & ſignificationes à parochia cognoscendæ. 210. Ordo eas ſupplendi ritu Ambroſiano, cum infans domi baptizatus eſt. 220. In extrema vnctione adhibendæ quæ, & quid ſignificent. 269. Propriæ ſui ordinis à promonendis cognoscendæ. 280. In Miſſa ſeruandæ niſi in ijs fuerint ſacerdotes ab Epifcopo approbati, non celebrent. 518. in iſdem ſuos ſacerdotes inſtrui curent Præſecti regularium. 871. Earum libellus à Metropolitana edendus, eiusque exemplaria quot habenda in Metropolitana. 353. In collegiatis ritus Ambroſiani. 362. & in parochialibus. 369. Quæ ratione à clericis Seminarij tempore diuinorum officiorum in eccleſia obeundæ. 805. eas non adhibentes clerici, & ſacerdotes ad præſcriptum in diuinis officiis, celebritatibus, &c. a quibus notandi, & corrigendi. 585

Cæremoniarum Eccleſiæ Ambroſianæ ſtudioſi eſſe debent oblati. pag. 686. In iſdem quando, & quomodo inſtruendi Seminarij clerici. 805

De iſdem conciones quæ illi habeant. ibid. & qui in earum ſtudia incumbat ibidem.

Cæremoniarum magiſter. Vide magiſter.

Cæremonialia ad vſum diuinorum officiorum quæ, & quot habenda in Metropolitana. 353. & in aliis cathedralibus. ibidem. In collegiatis ritu Romano. 362. & Ambroſiano vtentibus. ibidem. In parochialibus tam ritu Romano. 369. quàm Ambroſiano vtentibus 370.

C A I N.

Cain ſacrificium cur Deo nõ acceptum 513.

S. C A I V S.

S. Caius Mediolani Archiepiſcopus, eiusque præcipua geſta 835. num. 3. 1002.

C A L A M V S.

Calamus ad ſcribendum priuatim a monialibus non habendus. 788

C A L C E I.

Calcei Epifcopi ſolemniter celebratis. Vide ſandalia. Virginum S. Vrſulæ 759. cap. 4.

Calceis inquinari in Miſſæ celebratione non vtendum. 399

Calcearii decretum de initio, & fine diei feſti obſeruent. 128. Vide artiſices.

C A L C V L I.

Quot calculis officiales monialium eligendæ. 770. Eoſdem inter ſe non tradat in manus moniales in ſuffragiis ferendis. 772

C A L E F A C T I O.

Calefactionis monialium locus qualis, & quomodo extruendus. 339

C A L E N D Æ.

Calen. Ianuarij ritu Paganorum obſeruantis penitentia canon. 247. **Quæ promulganda à parochis.** 29. num. 6. 870.

Cal. Maij, quæ promulganda à parochis. 29. nume. 2. 871.

Calendis Nouembris, quæ promulganda à parochis. 29. nume. 1. 871.

C A L E N D A R I V M.

Calendarium ſingulis annis edendum, & à ſingulis comparandum. 7. **Decret.** 5. & qui non habuerint quomodo mulctandi. 851.

In ſynodo cæceſana exhibendum. 49. & in congregationibus foraneis. pagin. 406.

Anquæ illud habeant a Vicario foraneo inquirendum. 409. & qui diuina officia ad illius præſcriptum non celebrant, quomodo mulctandi. 851

Calendaria ad vſum diuinorum officiorum quot habenda, in Metropolitana. 352. In aliis cathedralibus. ibidem. In collegiatis tum ritus Romani. 362. tum Ambroſiani. ibidem. In parochialibus it. m. ritus Romani. 369. & Ambroſiani 370.

C A L I C E S.

Calices in Miſſa adhibendi quales. 555. 612.

Ad præſcriptam in inſtructionibus formam omnes conficiendi. 169. quomodo lauandi, & purgandi. 397. & a quibus. 613

Quomodo aſſeruandi. 614. & quam decore, & a fordibus mundi, quique in eo deliquerint parochi quomodo mulctandi. 830

In tabernaculo ſacræ Euchariſtiæ non aſſeruandi 615. **Ad altaris ornatum in proceſſionibus non adhibendi.** 585. In parochiali quot habendi. 614

Calix quomodo præparandus ad Miſſæ celebrationem. 529. quomodo a ſacerdote cũ ad altare progreditur deferendus. pag. 530. quomodo in altari collocandus. ibidem.

Eiuſdem oblatio. 534. **Conſecratio, & eleuatio** 537. & ſequen. & ſumptio 539. **Si in eum incidat aliquid animal ante vel poſt conſecrationem, quomodo ſe gerat ſacerdos.** 555. aut ſi in eo vinũ congeliet. ibid.

Calicis forma. 381. eiuſdem veli. ibid. **Vide velum.** Patenæ. ibidem. **Vide patenæ.** Sacculi. 382. **Vide ſacculus Thecæ.** ibidem. **Vide thecæ.** **Vas ad vſum eiuſdem abſtergendi.** 393. 615. **Vide vas.**

Calice

INDEX RERVM.

Calice consecrato, aut quod calicis formam habeat, vinum populo sumpta Eucharistia non præbendum. 169

CALIGÆ.

Caligæ clericorum quales. pag. 38. 104. 543. & qui in eis contra præscriptum deferendis peccarint, a quo notandi, & corrigendi. 585. quomodo puniendi. 104. 148. 691. Earundem ad præscriptam formam delatarum testimonium in susceptione ordinû exhibendum. 580. Clericorum Seminarij quales. 833. A disciplinatis non ferendæ quæ. 742. cap. 4.

Caligæ ad vsum Episcopi solemniter celebrantis quotuplices parandæ. 350. & qua formâ conficiendæ. 378

S. CALIMERIVS.

Sanctus Calimerius Mediolani Archiepisc. eiusque præcipua gesta. 835. num. 5. 1002.

CALLOPODIA.

Callopodijs non vtendum in sacramentis ferendis. 208

CAMERÆ.

Camæræ Apostolicæ libros, & scripturas detinentes, & qui eos non patefaciunt, a solo summo Pontifice absoluedi. 858

CAMINVS.

Caminus in cellis priuatis Monialium obstruendus, & qua ratione. 779. 783. loci calefactionis earundem qualis. 339

CAMISÆ.

Camisæ clericis qui eas lactucas deferunt, quomodo puniendi. 148. 691. à quibus notandi, & corrigendi in choro, diuinis officiis, funeribus &c. 584. Earum ad præscriptam formam delatarum testimonium in susceptione ordinum exhibendum. 580. Ad manus non reflectendæ a clericis Seminarij. 833. cap. 5. neque ab aliis ecclesiasticis. Vide interulæ.

CAMPANÆ.

Campanæ ecclesiæ cathedralis, & collegiataræ quot. 613. Parochialis. 327. 613. Dum constantur, nulla profana imago ijs insculpenda. 328. Antequam in campanile sustollantur, benedicendæ. 328. Quæ consecrandæ sunt, Indice a Vicariis foraneis in synodo dioecesana exhibendæ. 93

Campanæ pulsandæ diebus festis pro conuocatione puerorum ad doctrinam christianam, & qui id neglexerint parochi, quomodo mulctandi. 851. Pulsandæ ad conuocandos fideles pro Eucharistia ad ægro-

tos deferenda. 616. Pulsandæ in processione, quæ fit in expositione sacræ Eucharistia pro oratione quadraginta horarû. pag. 236. 593. Tabella eadem de re. 854. Eaqu; habenda in Sacristia cathedralium. pag. 356. Collegiatarum. 364. Parochialium. 370. eæ cum pulsantur, monendi fideles vt orient. 197. Pulsandæ in eleuatione Corporis Domini, In Missa solenni, & Parochiali. 9. Decret. 11. Quando, & quomodo pulsandæ pro oratione vespertina. pag. 877. Eas qui nõ pulsauerint parochi, tum pro oratione matutina, tum vespertina, quomodo mulctandi. 852. Quando pulsandæ pro salutatione Angelica, & quomodo. 115. eas non pulsantes parochi statim horis quomodo mulctandi. 852. eæ cum pulsantur, monendi fideles vt orient. 197. & 612. Pulsandæ singulis diebus vesperi pro oratione mortuorû, quomodo, & qua hora. 293. Quando, & quomodo pulsandæ pro oratione sine intermissione pag. 880. Pulsandæ in processionibus, & qua ratione. 586. 587. Non tamen eo tempore quo dicitur oratio. 588. Quando pulsandæ pro habeda concione. 111. & pro vesperarum officio in parochialibus. vrbis ecclesijs. ibid. cû pro Missa pulsantur, fideles sese vt colligant, monendi. 197. eæque cum pulsantur in morte parochialium monendi fideles vt orient. 198. Quando pulsandæ pro funeribus ducendis. 619

Campanis pulsandis nemo admittendus sine licentia. 594. & qui adhibuerint laicos, etiam pueros, sine licentia, quomodo mulctandi. 850. Earum nomine in funeribus nihil accipiendum. 291. eas pulsantibus in funeribus merces ab Episcopo statueda, quæve sit ea merces. 291

CAMPANILE.

Campanile seu turris campanilis qua forma, & altitudine extruendum. 327. eius tabulata, fenestræ, scalæ, fastigium, ostium, & locus. ibidem. Qua ratione in eo collocandum horologium. ibidem. Ostio, & clau muniendum. 65. Quomodo describendum. 480. Quando, & quomodo purgandum. 396. Quot campanas habere debeat. Vide supra campanæ.

Campanile in singulis ecclesijs parochialibus extruendum. 613. In ecclesijs monialium vbi, & qua ratione ædificadum. 337. eius tabulata, fenestræ, &c. ibidem.

Cam-

I N D E X R E R V M.

Campanilis forma in ecclesijs minus insigni-
bus. 327. Vbi, & quomodo erigendæ pilæ
lateritiæ pro campanili. ibidem.

C A M P V S.

Campum dantes pro duello, à solo summo
Pontifice absoluedi. 857

C A N C E L L A R I A.

Cancellariæ Archiepisc. Instruktionen. 455.
Eius expeditiones a quibus dictandæ, &
conscribendæ. 464 Quæ, quomodo, & qua-
les scripturæ in ea conficiendæ. ibidem. A
sequent. Vide infra Cancellarius Archi-
episcop. Libri ad eam sigillatim pertinen-
tes a Cancellario habendi qui. pag. 488.
Aliæ item scripturæ ad eam pertinentes
suo tempore colligendæ. 491. Quomodo
in ea custodiendæ, & asseruandæ scriptu-
ræ. 492. & quomodo edendæ. 494. In ea pu-
blice appèdendæ taxæ fori. 495. Asseruan-
da item nota edictorum, Decretorum &c.
quæ ad clerum mittuntur. 121. Item exem-
plaria testificationum, informationû &c.
quæ fori aut cancellariæ nomine à Vica-
rio diocæs. conficiuntur. ibidem. Ex eiu-
dem cæcellariæ pecunia persoluenda mer-
ces Notarijs qui ea describunt. ibidem. In
eadem conficiendus & asseruandus liber
rerum incertarum. 102. Instituendum Col-
legium Notariorum. 456. Vide Collegiû.
Vide Notarij. Ad eam pertinentia omnia
cancellarij nomine facièda. 460. In ea qui
arma strinxerint, quomodo punièdi. 417.
Quæ reponenda in capsâ depositariæ ge-
neralis eiusdem cancellariæ, eiusq; capsæ
elaves quot & a quibus asseruandæ. 495
Ex Cancellaria Episcopali.

Cancellariæ monialium locus vbi & qua ra-
tione extruendus. 341. Cancellaria monia-
lis. Vide monialis.

Cancellaria congregationis mulierum ora-
torij sepulchri quomodo eligenda. 761.
eiusq; officium. 760

Cancellariæ scholarum mulierum doctrinæ
christianæ officium. 731. cap. 7.

C A N C E L L A R I V S.

Cancellarius Archiepiscop. qualis deligen-
dus. 455. & à quo. 416. 455. Sit canonicus
Metropolitane, & Diaconatu initiatus.
pag. 484. Alia beneficia residentiam re-
quirentia non habeat. ibidem. Sit Nota-
rius Apostolicus. ibidem. Quibus mori-
bus & scientia præditus ibidem. à quo exa-
minandus. ibidem. Quam mercedem ca-

piat singulis annis. ibidem. Quæ commu-
nia habeat cum suis substitutis, & scripto-
ribus. 487. Propria statuta non condatur, se-
edita ab Archiepiscop. seruet ibid. mune-
ra non accipiat. ibidem. 417. Quas causa-
s non suscipiat, aut agat. 458. Iuramentum
præstet, & quale. ibidem. suo per se funga-
tur officio. ibid. Si ægrotet aut absit, quis
eius vices gerat. ibidem. 459. Quæ per se
conficiat, & expediat. ibidem. Quæ edat,
promulget, ac denunciât. ibidem. Quæ in-
dicat, conuocet, notet, promoueat. ibidem.
Quæ acta per se recipiat. 460. & quæ per
Notarios substitutos. ibidem. Quibus ipse
subscribat. ibidem. & quomodo se subscri-
bat. ibid. Quibus congregationibus inter-
fit. ibidem. 418. Quomodo negotia inter
substitutos partiatur. 461. 462. Quæ seruet
in expeditionibus dictandis, & conscribè-
dis. 462. Archiuum custodiat. 460. Nulli
scripturæ subscribat ante Archiepiscopi,
Vicarij &c. subscriptionem. Quæ per in-
strumentum publicum expediat. ibidem.
Quæ seruet in expeditionibus ad monia-
les pertinentibus. ibidem. Stylo non sub-
scribat sine Archiepiscopi licentia. ibid.
Quæ seruet in libris ad cancellariam per-
tinentibus conficiendis, & conscribendis.
ibid. Quot & quos libros Indices, aliasq;
scripturas habeat, & conficiat, ad instru-
menta pertinentes. 463. Ad registram lit-
terarum patètiuum cum rogitu & testibus.
ibid. & sine rogitu, & testibus. ibid. & seq.
Ad causas ciuiles pertinentes. 465. etiam
quoad eas quæ ad Vicarium Generalem
spectant. ibidem. pertinentes ad causas cri-
minales. ibidem. Ad processus ciuiles vel
criminales extraordinarios extra ciuita-
tem. ibidem. Ad officium Sanctæ Inquisi-
tionis. 466. Ad fidei professionem. ibid. Ad
processus, & visitationes monialium. ibid.
Ad processus regularium virorû. ibidem.
Ad visitationes carcerum. ibidem. Ad acta
visitationum. 467. Ad multas. ibidem. Ad
disciplinam morum clericalium & vniuer-
sum clericorum statû describendum. ibid.
& sequent. Ad Seminarium, & congrega-
tionem Oblatorum. 474. Ad examina in
genere. ibid. Ad sacras ordinationes. ibid.
Ad prouisiones beneficiorum per examè.
ibidem. Ad concionatores, sacræ scriptu-
ræ professores, & confessorios. 476. Ad con-
gregationes. ibidem. Ad mores regulariû
virorum

I N D E X R E R V M.

virorum, & monialium. 477. Ad mores populi. ibidem. Ad statum ecclesiarum & iurium ecclesiasticorum. 478. & sequent. & ad describendum statum earundem ecclesiarum ac iurium. 479. & sequent. Ad statum hospitalium. 484. Ad statum ecclesiarum regularium. ibidem. Ad statum monialium. ibidem. Ad iura Archiepiscopalia. ibidem. Ad statum, bona, & iura ecclesiastica. 486. Ad sacras reliquias. ibidem. Ad indulgentias. 487. Ad consecrationes, vota, & funera. ibidem. Ad relicta & onera ad pias causas. ibidem. Ad beneficia vacantia. 488. Ad prouinciam. ibid. Ad cancellariam ipsam. ibid. & seq. Qua ratione custodiat, & asseruet scripturas omnes in cancellaria. 492. Quomodo edat, & quam mercedem pro editione percipiat. 494. clauem vnam capsulae depositariae generalis cancellariae asseruet. 495. & captae rerum incertarum in singulis vrbis, & dioecesis locis constituta. 100. Indicem seu notam libri status animarum nemini tradat. pag. 598. Acta congregationum Archiepiscopali in libro notet. 420. In iisdem congregationibus tractanda ad quos transmittat. 419. Dierum festorum, Indulgentiarum, & celebratum vrbis, & dioecesis librum conficiat, & quae in eo notet. 89. Edicta, decreta, monita, literas &c. ad eorum Missas distincte in singulis codicibus notet & asseruet. 120. Eius nomine quae praestanda a notariis substitutis 460. eiusque ut pareant iisdem notariis. ibid. Ad illum deferenda nomina interdictorum, & excommunicatorum, & quando, & a quibus. pag. 100. testimonium item promouendorum ad ordines. 142. Index quoque dierum festorum, Indulgentiarum, & celebratum vrbis & dioecesis. 90

Cancellarij substituti, notarij, & scriptores, seu scribae. Vide notarij substituti, scriptores, & scribae.

Cancellario Episcopali mittenda acta congregationum foraneorum. 413

Cancellarius congregationum foraneorum qui, eiusque officium. 413

Cancellarij confratrie disciplinorum officium. 746. Item confratrie charitatis 757. & quam diu in officio perseueret. ibidem.

Cancellarius in singulis doctrinae Christianae scholis deligendus. 682. etiam in dioecesi. pag. 319. cap. 2. eiusque officium. 682.

Omnes suae scholae fratres in libro describat. ibidem. Notet in tabella ordinem scholae seruandum. ibidem. Statuta in congregatione, & alia ad scholam pertinentia scribat. ibidem. Scripturarum, librorum, &c. ad suam scholam pertinentium inuentarium conficiat. ibidem. A schola absentes notet. 692. Capita aliqua regularum statis diebus in congregatione legat. ibidem. exequenda notet, de eorumque executione inquirat. ibidem. Legat item ea quae in praecedente congregatione statuta sunt. ibidem. Quos scribere doceat, & qua ratione. ibidem. In societatem recipiendos notet ac proponat. pagina 716. Tempusque eorum stabiliendorum priori denunciaret. ibidem.

Cancellarius congregationis generalis Doctrinae Christianae deligendus. pag. 695. Qualis deligendus, eiusque officium 704. Quando, & quomodo deligendus. pag. 723. Congregationi generali intersit. 696. & quo loco sedeat. ibidem. Eos qui congregationi interesse debent, vocet, & quo ordine. ibidem. Quae notet in singulis congregationibus. 697. Statuta in praecedenti congregatione legat. ibidem. In congregatione pertractanda proponat. ibidem. Statuta in libro notet. 705. Ad illum referendum, si quid suo tempore executionem non habuit. ibidem. Quos libros habeat, & ad quem usum. ibidem. fratres omnes in libro ordine notet. ibid. Scholas item & congregationes. ibidem. Officiales item congregationis generalis. ibidem. Quae in singulis congregationibus legat. ibidem. Quae custodiat, & asseruet. ibidem. Litteras congregationis nemine, cum opus est, scribat. ibidem. Absentes a congregatione notet. ibidem. Parochias singulas scholasque in eis erectas in libro notet. ibidem. rerum omnium totius societatis notam conficiat. ib. Quae scripta & libros asseruet. ib.

Cancellarius in singulis congregationibus Doct. Christ. in dioecesi erectis deligendus. 726. & in capitibus. item dioecesanis. 730. c. 5.

C A N C E L L I.

Cancelli altarium vbi, & quomodo construendi. 308. ijque ad praescriptam formam conficiendi, nisi aliter constet ex facultate data. 93. quo ijs sepienda altaria. 45. Decr. 35. Intra eos non admittendi laici. pag. 544. Neque etiam in ecclesijs regularium 873.

I N D E X R E R V M.

Cancelli lapidei in ecclesia quomodo purgandi. 395. Item ferrei. 397.
Cancelli confessionalium tempore confessionis patere debent. 48.
Cancelli ferrei in fenestellis collocutionis monialium. Vide lamina.
**Cancellis saltem ligneis sepium bap-
 titerium.** Vide clatrata.
C A N D E L A B R A.
**Candelabra altarium, chori, cœnotaphij, ce-
 rei Paschalis.** Vide altaris, chori, cœnota-
 phij, cerei paschalis.
Candelabra ad vsum processionum.
 Vide processionum.
**Candelabra argentea quomodo, & quoties
 purganda, & quomodo tractanda.** 397. ex
 auricalco item quomodo, & quando pur-
 ganda. 398. Ferrea quomodo purganda.
 pag. 397. Ferrea grandiora quo loco asser-
 uanda. 333. Ligneæ quomodo purganda.
 pag. 395. & quoties 391. Eorum item emul-
 ctiora, & extinctiora quando, & quomo-
 do purganda. 397. Vide emunctoria, & ex-
 tinctoria.
C A N D E L Æ.
Candelæ in Missa quot, & quales. pag. 545.
 In cœmiteriis vendi possunt. 134. In ba-
 ptismo quot adhibendæ. 215. Item in ex-
 positione quadraginta horarum. 592. In
 funeribus, eorum quibus dantur manibus,
 deferendæ. 290. Nec extinguendæ donec
 corpus sepeliatur. 293. post funus quibus
 debeantur. 117. 290.
**Candelæ in festo Purificationis parochorum
 sumptibus distribuendæ.** 119. A regulari-
 bus non distribuendæ. 94. Vbi, & quomo-
 do benedicendæ, & agenda processio. 22.
 Decretum 8.
**Candelæ sustinendæ vsui Episcopo in diu-
 nis officiis instrumentum quale.** pag. 383.
 & quotuplex parandum. 349. Vide etiam
 lumina, & cerei.
C A N E P A R I V S.
Caneparius capituli. Vide thesaurarius.
C A N E S.
Canes à cœmiteriis arcendi. 171. Ab eccle-
 siasticis haberi vetiti, & qui habuerint
 quomodo puniendi. 105. & quomodo mul-
 ctandi qui cum iis ad funera conuenerint.
 ibidem. Eorum effigies in ecclesiis non
 pingendæ. 393.
**Canes venatici a nemine in ecclesiam du-
 cendi.** 134.

C A N O B I V M.
**Canobium cap. Pleb. Secundæ regionis die-
 cesis Mediolanensis.** 423.
C A N O N E S.
**Canon in Missa qua ratione quibusve cære-
 moniis dicendus.** 595. & sequen. in eo ma-
 xime vitandus error in eius expositione
 quando erudiendi Seminarij clerici. 868.
Canones pœnitentiales. 246. De primo præ-
 cepto decalogi. ibidem. de secundo. 247.
 de tertio. 248. de quarto, & quinto. 249.
 de sexto. 250. de septimo. 254. de octauo.
 256. de nono. ibidem. de decimo. ibidem.
 De septem peccatis capitalibus. pag. 257.
 De gula & ebrietate. ibid. De variis pec-
 catis. 257. eorum declarationes ex pœni-
 tentiali Romano. ibidem. alię declaratio-
 nes breues. 259. Ad eorum normam quo-
 modo imponendæ pœnitentiæ in confes-
 sione. 243. 568. 575. 577. eorum cognitio
 in confessorijs requisita. 258. 246. eorum
 librum apud se habeant. 10. Decr. 18. 575.
 ac sæpe legant. 557. Eorundem cognitio
 in concionatore requisita. 182. Eorum li-
 ber in congregatione diœcesana legendus.
 pag. 414. Idem habendus in Sacristia ca-
 thedralis. 356. Collegiatę. 365. Parochia-
 lis. 371.
**Canonum sacrõrum studiosi esse debet obla-
 ti.** 686. eorum executio a Vicario Genera-
 li procuranda. 420.
**Ex canonum iure quæ censuræ, & casus sum-
 mo Pontifici reservati.** pag. 855. Episcopis
 item. 861.
**Canonici iuris doctor in Cancellarium
 Archiepiscopalem deligendus a capitulo
 sede vacante.** 455.
Canonici textus. Vide textus.
**Canonico impedimento irretitus pœniten-
 tiæ sacramentum non ministret.** 258.
**Qui canonici interesse debeant congrega-
 tioni Sanctæ Inquisitionis.** 418. & congre-
 gationi pœnitentiariæ. ibidem. Quo ve lo-
 co in iis sedeant. 419.
Canonicæ horæ. Vide horæ canonicæ.
C A N O N I C A T V S.
**Canonicatum ecclesiæ, & eorum quæ ad il-
 los pertinent, index in visitatione exhi-
 bendus, & a quo.** 438. eorum item tabella
 habenda in Sacristia Cathedralium. 354.
 & Collegiatarum. 364. tum etiam de eorũ
 officiis. ibidem.
 Ca

I N D E X R E R V M.

Canonicatum fructus qui, & quando in distributiones conuertendi eorum, si vacent, fructus inter canonicos non diuidendi, eaque de re constitutionem Episcopi seruari curent, & qui consuetudines contrarias seruarint, a solo summo Pontifice absoluendi. 818

Formula literarum collationis canonicatus a proprio ordinario. 207. p. 3. alia eiusdem generis, si collatio fiat vigore literarum Apostolicarum. ibidem.

C A N O N I C I.

Canonici feria quinta in Cœna Domini in Missa solenni communicent. 112. Si non resideant, à quibus & ad quos deferendi. pag. 106. 621. à quibus absentia facultatem petant. 105. 119. Sine facultate absentes quomodo multandi. 851. Item qui absentes vt debent non denunciant. ibidem. Examine approbati, statim in capitulum, & ad residentiam admittendi. pagina 27. Decret. 40. Hebdomadae probatio abrogatur. ibidem. An resideant, suisque satisfaciant oneribus, à testibus synodalibus inquirendum. 51. Decretum 47. Si in domibus canonicis non habitet. pag. 27. Decretum 39.

An in suis ædibus habitent a testibus synodalibus inquirendum. 51. Decretum 47. **Quam elemosinam, quæ in visitatione parent.** 441. **Quomodo multandi, si contra tabellam erratorum peccet.** pag. 849. **Scripta ad præbendas suas pertinentia in archiuo capitulari asseruent, & quorum sumptibus exscribant, & qui ea in Archiuum non detulerint, quomodo multandi.** 851. **Sui canonicatus bona quomodo locent.** 46. Decretum 41.

Canonicis mortuis sepulcrum ad eorum usum extruendum. 94. & quotuplex, quo loco. 328

Canonici ordinarii Metropolitanæ quale mantellum deferant. 37. ex iis eligendus protector causarum piarum fori Archiepiscopi. 448. & protector carceratorum. 449. **Advocatus pauperum.** ibidem. & **Cancellarius fori Archiepiscopi.** 455. Si que Cancellarius ægrotet aut absit, per alium ordinarium exercendum Cancellarii munus. 458

Canonicorum cathedralium sepulcrum quo loco extruendum. 328. **Qui digniores sunt mortuum Episcopum efferant.** 292

Formula instantiæ promotorum contra eos qui huiusmodi absentiam non detulerint. 160. par. 3. **Supellex eorum vsui promissis conuentualibus, & diuinis officiis quæ.** 51. & sequent.

Canonici diaconi in Missa conuentuali diebus festis inseruiant canonicis celebrantibus. 112. Si canonici desint, qui adhibendi. ibidem. iisdem idem quoque præstent alii canonici diaconi, & subdiaconi. 111. Si que non fecerint, quomodo puniendi. ibidem. Reliqua vt supra in verbo canonici, & infra, in verbo Parochi.

Canonici vrbis prandium ecclesiasticis occasione celebratarum non parēt. pag. 114. **Mensuras parochorum conuentibus interesse non tenentur.** 12. Decret. 24. **Quo die ad Archiepisc. accedant.** 42. Decr. 37.

Canonici diocesani quomodo occasione celebratarum prandium ecclesiasticis parare possint. 114. **Die festo vt in urbem veniant non permittendum.** 105. **Ad mensuras parochorum congregationes vt accedat.** 402. & quo loco in iis sedeant. 411.

Canonici regulares nullam administrationem habentes, si ad curias Principum conferant, quando a solis Episcopis absoluendi. 862. num. 43.

De Canonicis quid querendum in scrutinio synodi diocesanae. Formula facultatis celebrandi pro iisdem. 197. p. 3.

Canonicorum capitulum. Vide capitulum.

C A N T H A R I A.

Cantharia bina in collegiatis ritus Ambrosiani habenda ad usum diuinorum officiorum. 362. **Eorum forma.** 351

C A N T O R E S.

Cantores in diuinis officiis qui, & quo vestitu vtantur. 44. **Id munus non suscipiant sine licentia.** 43. præsertim si laici sint. 43. & qui eos adhibuerint, quomodo multandi. 850. cum vero adhibentur, clericali vestitu vtantur, alioqui puniendi, cum ipsi. 44. tum qui eos item admiserint. 850. **Quando sine clericali vestitu id munus obire possint in ecclesia.** 44

Cantoris munus quomodo liceat regularibus extra propriam ecclesiam. 44

Cantoribus prandium, vel ientaculum in vrbe parari vetitum occasione diei festi, aut diuinorum officiorum. 29. Decretum 22. **Eorum index a parochis conficiendus, & exhibendus in visitatione.** pag. 439.

INDEX RERVM.

- Formula facultatis pro officio Cantoris laici. 226
- Canere in nuptijs & conuiujs clericis vetitum. 37. Qua ratione canenda diuina officia diebus Dominicis ac festis, & quibus in Ecclesijs. 112. Vesperæ canendæ a parochis diebus festis. 112. Itidem in vigilijs ac Sabbatis. 113. Non canentes in diuinis officijs ac funeribus a quibus notandi, & corrigendi. 585
- Cantica seu cātus profani a monialibus non inferendi in laborerio. 773. A clericis in peregrinatione fugiēdi. 39. Decretum 23.
- Cantiones prohibita curæ concionatorum tollendæ. 190
- Cantionibus magicis ædes lustrantis, eiq̃ue consentientis, aut consulentis, pœnitentiæ canon. 247
- Cantus firmi scientia in ordinandis requisita. 280. de ea inquirendum in promotione. 583
- Cantui, & firmo, & figurato vt incumbant Seminarij clerici. 809. 833. Quæue hora. pag. 811.
- Cantus magistri præbenda vbi & quomodo instituenta. 108. eius magistri officium. ibid.
- Libri cātus Ambrosiani ad vsu diuinorum officiorū in Metropolitana. qui, & quot. 353. In collegiatis. 362. In parochialibus. 369.
- Cantus Romani in cathedralibus. 350. In collegiatis. 362. In parochialibus. 368
- CAPILLI.
- Capillorum munditia in confirmandis. 221. 498. nume. 15.
- Per capillum Dei iurantis pœnitentiæ canon. 248. Vide caput.
- CAPITVLA.
- Capitula canonicorum, quo ordine ad processiones conueniant. 588. Laicos non adhibeant ad functiones ecclesiasticas ob-eundas. 47. Reddituum communium indicem in visitatione exhibeant. 439. In itinere ædium canonicalium constituāt. 118. Quā ad congregationes diœcesanas accedant. 402. Quemve locū in ijs teneant. 411
- Capitulorum Cathedralium Commissarij, qui sede vacante modis illicitis pecuniam extorserint, aut scienter ecclesiæ bona fisco ob delictum clerici adjudicarint, a quibus absoluendi 863. numer. 61.
- Formula epistolæ conuocandi capitula cathedraliū ad Concilium prouinciale. 136. par. 2. 156. p. 3. Formula procuratorij eorundem capitulorum. ibidem. & quomodo introducendi eorum procuratores in Concilium prouinciale. ibidem.
- Capitula spiritualia in collegiatis habenda, & qui abfuerint, quomodo puniendi. 173.
- Capitulorum canonicalium regulæ in tabella descriptæ habendæ in sacristia ecclesiæ cathedralis. 355. & collegiata. 364
- Capitula piorum locorum. Vide loca pia. Monialium. Vide moniales.
- Capituli punctator, thesaurarius seu caneparius, præfectus. Vide punctator, thesaurarius, & præfectus. Archiuum, Cancellarius. Vide Archiuum, & Cancellarius.
- Capituli censuum supputatio quotannis faciendæ. 118.
- Capitularium statutorum. tabella habenda in sacristia cathedralis ecclesiæ. pag. 355. & collegiata. 365. Vide canonici.
- A Capitulo generali approbandus confessor regularis monialium. 790
- CAPPA.
- Cappa quando ab Episcopo in concione habenda. 187. A præpositis adhibenda, qualis, & quibus locis induenda. 37. 118. 173. In conuētibus diœcesanis adhibenda. 406. In processionibus item. 587. eam non adhibentes in choro, & diuinis officijs, quomodo mulctandi. 851. Subter eam rochetto vtendum. 38.
- Cappa a laicis adhibenda, cum Missæ intersunt. 233. nec sine ea admittendi in ecclesiam ad Sacramenta, & diuina officia. 94. Præcipue vero ad Eucharistiæ sacra. 510.
- CAPELLÆ.
- Capellæ, quomodo ædificandæ. 304. Ad præscriptum instructionum ædificandæ. 394. In ecclesia monialium quot, & qua formæ ædificandæ. 336. In oratorijs item. 334. In ecclesia interiori monialium non ædificandæ. 337. In ecclesijs regulariū ad præscriptum instructionum ædificandæ. 872. Quique non instruxerint vt debent, quomodo mulctandi. 850. Tabella onerium a quibus, & quomodo conficiendæ. 118. Earum iura, & bona in visitatione exhibenda. 425. ac de ijs inuētarium, & index conficiendus, & exhibendus. 438. Earum item bona, si sint de iure patronatus, aut per cessionem obtentæ, quibus non locanda. 608. Earum clarata qualia, & quomodo construenda. pag. 308. Fenestræ item quales, vbi, & quomodo extruendæ. pagina 301. Quando

INDEX RERVM.

- Quando ijs duplex septum apponendum. pag. 167. nume. 14. Earum nitor, ac munditia qualis. 395. cancelli quoque quando, & quomodo purgandi. 396. In ijs a nemine celebrandum sine Episcopi facultate. 620. præsertim in non clausis, aut campetribus. 613. Neque in ijsdem permitte-nda altar. ibidem. In ijs in quibus celebratur, clericus adhibendus, & qua ratione sumentandus. 42. Quo ritu in ijs celebrandum. 24. Decretum 19. Quæ seruan- da, cum noua ædificia in ijs construenda sunt. 92
- Capella maior quomodo ædificanda. 302. Eius, situs, ornatus, pæuimentum, gradus. ibidem. situs imaginis crucifixi in ea col-locandi. 303. clatrata quomodo construenda, & qualia. 308. In eadem sepulcra fieri vetita. 94. 328. eius descriptionis ratio, & forma. 430. Quomodo operienda. pag. 612. In Ecclesia monialium non ædificanda. pag. 334.
- Capellæ minores quomodo in ecclesia ædificandæ, & quot. 304. Earum latitudo, lon- gitud, & altitudo. 305. 306. Earum de- scriptionis ratio, & forma. 481. In ecclesia monialium quod ædificandæ. 337
- Capellæ baptisterij ædificandæ ratio. 315. eiusque item altaris. ibidem.
- Capellæ in cæmeterijs ædificandæ ratio. 330. oratorij item, in quo celebrandû est. 334. Quando in eo plures ædificandæ. ibidem.
- Capellæ in qua exponitur oratio quadra- ginta horarum, ornatus &c. 592. Intra eius cancellos non admittendi laici. ibid.
- Formula institutionis capellæ de iure patro- natus. 208. p. 3.
- Capellani, seu capellas obtinentes, in suis ca- pellis celebrent. 24. Decretum 21. Si mu- neri suscepto non satis faciant, quomodo mulctandi. 851. aut si in alieno altari cele- brent. ibid. Si capellas mutent, quos mo- neant. 104. 595. ijque a quibus Archiepi- scopo denunciandi. ibidem. Ad processio- nes cum reliquo suæ ecclesiæ clero conue- niant, & canant. 21. Decretum 3. Quove ordine ad eas conueniant. 586. Ad conuen- tus sacerdotales accedant. 12. Decret. 24. Quove loco sedeant. 411. Quæ parent & exhibeant in visitatione. 441. Delicta in suis ecclesiis commissâ quando, & quomo- do Episcopo significant, si absint, a quibus, & ad quos deferendi. 106. 621. suarum ca- pellarum iura exhibeant. 595. non tamen parochiali vestitu, sed communi totius cleri vtantur. 37
- Capellani Archiepiscopi minus. 637
- CAPRIASCA.
- Vallis Capriaica cap. Pleb. Secundæ regio- nis diocesis Mediolan. 423
- CAPSA.
- Capfa communis pecuniarum in monaste- rio monialium constituenda. 773. In Se- minario quo loco asseruanda, & quomo- do claudenda. 811
- Capfa rerum incertarum, vbi, & quomodo constituenda, claudenda, & quæ in ea re- ponenda. 101. Eiusdem capsæ institutum & locus quando a parochis promulgâdus. pag. 102.
- Capfulæ ad colligendam elemosinam non exponendæ sine facultate. 121. 175. Neque item circumferendæ: æq; quales, & quomo- do claudendæ. 121. Si que non sint ad præscriptam formam, auferendæ, & qui eas circumferunt, puniendi. ibid. occasio- ne orationis quadraginta horarum quomo- do permittendæ. 594. Earumque cla- ues a quibus tenendæ. ibid. In scholis di- sciplinatorum permissæ, quomodo clau- dende, & claues a quibus asseruandæ. 746. Itē in scholis confratriæ charitatis. 756. In confessionalibus vetite. 325
- Capfulæ ad vsum corporalium, & purifica- toriorum in Cathedralis Ecclesiæ Sacri- stia quot. 354. Collegiata. 364. Parochia- lis. 371. Earumque capsularum materia, forma, & ornatus. 392
- In capsulam conijcienda elemosina occasio- ne diei festi, aut Indulgentiæ oblatæ, & a quo ea custodienda. 8. Decretum 7 pag. 25. Decret. 26. 44. Decr. 30. Vide elemosina.
- Capfa reliquiarum. Vide reliquiæ.
- CAPVT.
- Caput non operiendum a fidelibus qui Mis- sâ interfunt. 134. a mulieribus in ecclesia & in processionibus velo operiendû. 517. Præcipue dum contentur, alioqui non au- diendæ. 560. Vide mulieres. Vide velum. Quomodo a concionatore habêdum. 202. A sacerdote celebraturo mundâdum. 517. Quomodo, & quoties inclinandum in Missa, tum a sacerdote pag. 523. tum a cle- rico inferuiente. 544
- Per caput Dei iurantis pœnitentiæ Canon. pag. 510.

I N D E X R E R V M.

C A P V T I V M.

Capitulum a parochis vrbanis ferendū, quale, & quo loco. 13. Decretum 28 587. A parochis item diœcesanis. 37. A vicarijs item parochialium ecclesiarum perpetuis, non verò ad tempus conductis. ibidem. Neque ferendum a coadiutoribus curatīve amonilibus ibid. 104. Illud non deferentes parochi quomodo mulctandi. 853

C A R C E R.

Carcer monialium, vbi, & qua forma dū, & quomodo manē
Carcere plectendi clerici clericale
Carceris custodi, executorum, ac ministrorum officū in foro Archiepiscopali. 453.
Carceres ab Episcopo & quando, & quomodo ab alijs visitandi in foro Episcopali. pag. 451. eorundem carcerum visitationis liber à Cancellario Archiepiscopali habendus, & quæ in eo describenda. 467
Carcerati carceratorū custodes, & ministri quales in foro Archiepiscopali deligendi, eorumque officium 448. 449. 451. Præfetti item spiritualis officium. 452. Protectoris item. 447. Aduocati. ibidem Sollicitatoris. pag. 451. ijdem nihil a carceratis accipiant. ibidem. Eorundem carceratorum congregatio, quando, & vbi habenda in foro Archiepiscop. 418. Quis in ea præsit, & qui item interfint. ibidem. Vide congregatio. circa eosdem carceratos quæ curet Vicarius generalis. 421

C A R D I N A L E S.

Cardinales, sede vacante constitutioni de electione Pontificis contrauenientes, a solo summo Pontifice absoluendi. 856. Item, si quem elegerint simoniacè. ibidem. aut si aliquid patefecerint in concistorio vetitum a Papa. ibidem. Eorundem Cardinalium in conclauī existentium domos, res, & bona inuadentes, recipientes, &c. a solo item summo Pontifice absoluendi. pag. 857. Item qui de eorum tertie partis nominatione confusus, Papa sibi nomen vsurpat, aut a paucioribus quam a duabus partibus electus, gerit se pro Papa, a solis Episcopis absoluendus. 861. nume. 3. & qui eisdem in conclauī existentibus scriptum aut nuncium miserit &c. a quo absoluendus. 862. nume. 26. Eorundem Cardinalium familiarem, commensalem, aut nepotem se fingens, vt litteras Apostolicas gratis expe-

diat, a solo summo Pontifice absoluendus. pag. 857. Item qui eosdem Cardinales hostiliter infestantur, percutiunt, &c. 858.

C A R I N A.

Carinæ ieiunium quale. 259

C A R N E S.

Carnes qua ratione in Quadragesima vendendæ. 138. ijdem vesci, & quæ ab eis trahūt originem, in Quadragesima vetitum. pag. 139. Eisdem vescentis in Quadragesima absque necessitate poenit. canon. 249. Vide Quadragesima.

Carnis maceratio quibus imponēda in confessione. 244. a fidelibus tempore Quadragesimæ, & ieiuniorum procurāda, & quomodo. 140

Carnis opera a concionatore exagitāda. 190.

Carnalitas quot & quam graui ecclesiasticis damna importet 93. p. 3.

C A R O L V S.

Carolus primus Mediolani Archiepiscopus. pag. 846. num. 115.

Carolus secundus Borromæus Mediolan. Archiepiscopus. 847. num. 124.

Caroli Magni pietas in translatione Sancti Augustini. 1007

C A R T V S I E N S E S.

Cartusensium domos, & monasteria ingredientiētes mulieres, a solo summo Pontifice absoluendæ. 858. Vide mulieres.

C A S E V S.

Casero vesci in Quadragesima vetitum. 138.

C A S O R A T V M.

Casoratium cap. Plebis Primæ regionis diœcesis Mediolanensis. 423

C A S T O N V S.

Castonus Mediolani Archiepisc. 845. nu. 101.

C A S T R V M S E P R I V M.

Castum s. prium cap. Plebis. Tertie regionis diœcesis Mediolanensis. 423

S. C A S T R I T I A N V S.

S. Castritianus Mediolani Archiepiscopus, eiusque præcipua gesta. 835. num. 4. 1002.

C A S V L A.

Casulæ quomodo recondendæ. pagina 399. Vide Planeta.

C A S V S.

Casus conscientie, quando, & quibus a Theologis collegiatarum explicandi. pag. 106. in eosdem incumbāt, tum ipsi clerici, tum parochi, & qua ratione. 108. Confessarij item. 157

Casuum conscientie doctrina in concionatore

INDEX RERVM.

- tore requisita. 182. De iisdem casibus disputandum in congregationibus foraneis, & alibi, & quis in ijs disputationibus definitoris, & consultoris officio fungatur. pag. 107.
- C**asuum conscientiae difficiliorum resolutio a quo petenda. 557. eorum quoque disputationes singulis hebdomadis ab oblatibus habenda. 660. Eorum lectioni qui incumbant in Seminario. 807. eaque lectio quando habenda. 808. De iisdem casibus frequentes exercitationes in monasterijs regularium instituenda. 873.
- C**asus reservati summo Pontifici iure canonum, ex Decreto, & decretalibus. 855. ex elementinis. ibid. In extraneis. 856. Ex volumine collectionis diversarum constitutionum Pontificiarum. ibidem. ex constitutionibus Pontificijs de Privilegijs ordinis mendicantis. 860. Ex Concilio Tridentino. ibid. Episcopis reservati ex decreto. 861. & decretalibus. ibid. ex elementinis. 862. In extraneis. ibidem. ex Concilio Tridentino. ibidem. Aliquando summo Pontifici, aliquando Episcopis reservati. 863. Episcopis reservati ex Concilijs Provincialibus Mediolanen. ibidem. Decretum 18.
- C**asus reservati quando a parochis promulgandi. 10. Decret. 18. eosdem tum confessarii cognoscant. 237. 557. 575. tum apud se descriptos habeant. 10. Decretum 18. 575. Eorum tabella seu libellus. 855. eaque confessionali affigenda. 170. 239. 575. 576. In congregationibus dioecesanis legenda. 414.
- C**asuum reservatorum absolutio. Vide absolutio. Eosdem promulgandi formula in synodo dioecesana. 181. p. 3.
- C**asuum indicem Episcopo inferiori, & gratiarum cum Indulgentiis soluta certa quadam pecunia populo proponens, & euulgans, a solo summo Pontifice absoluendus. pag. 858.
 ti. 735. Impediti per alios id præstet 737.
 & quas propterea indulgètias consequan
 tur. 738. etiam mulieres impeditæ, si audi
 ta campanula orent. ibidem. quid agen
 dum si postquam id delatum est, non pos
 sit illud ægrotus sumere. 263. quomodo
 ministrandum, si nullum sit impedimen
 tum. ibidem. quoties ministrandum, etiam
 post viaticum. 262. quando pro viatico
 ministrandum. ibidem. qua reuerentia ab
 ægrotis sumendum. 263. & quo ordine, seu
 ritu & cæremonijs ministrandum. 265.
 cum deferatur, quando simul deferendum
 vas olei iusfirmorum. 35. Decret. 15. à quo
 ministrandum prælato ægrotanti aut sa
 cerdoti. 263

Eucharistiæ sacramentum nullibi custodien
 dum in antiquis custodiis in pariete con
 structis. 169. vt honorifice afferretur, cu
 randum a sodalibus Corporis Christi. 735.
 quo loco custoditur, lampas accendenda,
 & qualis. 96. 169. 615. si quæ in eo pecca
 rint parochi, quomodo mulctandi. 852.
 quam sæpe renouandum, & quomodo. 96.
 229. si in eo deliquerint parochi, quomo
 do mulctandi. 852. eiusdem asseruandi ac
 deferendi tabernaculum & pixis. Vide ta
 bernaculum, & pixis.

Eucharistiæ sacramentum quomodo expo
 nendum in oratione quadraginta hora
 rum. 236. non nisi publica, ea quæ graui de
 causa exponendum, regulisque ad præ
 scriptum seruatis. 96. cum exponitur in
 Ecclesia parochiali, qui nam conuenire
 debent ecclesiastici. 22. Decretum quintū.
 quomodo exponendum in oratione sine
 intermissione. 881. Non exponendum in
 ecclesijs Ambrosianis sextis ferijs Qua
 dragesimæ. 114. A Vicarijs Foraneis die
 conuentus diœcesani visitandum. 409

Eucharistiæ Sacramentum in processione
 Corporis Domini in ciuitate, quo taber
 naculo deferendum. Vide tabernaculum.

Eucharistia abutentes a solis Episcopis ab
 soluendi. 864. numer. 75. Vide elenatio.
 eam euomens Sacerdos quid agat. 555.
 eandem post aliquam degustationem su
 mentis poenitentia canones. 248. Item quæ
 non sumentis die cœnæ Domini, Pascha
 te, Pentecoste, & Natali Domini. ibidem.
 & sacerdotis eam non sumentis in Missa
 conuentali cum celebrat. 258. aut per
 ebrietatem euomentis. ibidem.

De Eucharistiæ sacramento rubricæ seu in
 structiones. 228. 498

S. E V S E B I V S.

Sanctus Eusebius Mediolani Archiepiscop.
 837. numer. 21.

S. Eustorgius primus Mediolani Archiepisc.
 837. numer. 11. Secundus. 838. numer. 27.

E X A C T I O N E S.

Exactiones publicæ, aut priuatæ diebus fe
 stis fieri vetitæ. 90. & in ecclesijs. 134

In exactionum immunitate ecclesiasticam
 libertatem offendens, à solis Episcopis
 absoluendus. 862. numer. 25.

E X A M E N.

Examen conscientie quotidie a familia Epi
 scopi adhibendum, & qua hora. 622. à Sa
 cerdotibus ante Missæ celebrationem, &
 quale. 515. à Clericis Seminarij. 825. &
 qua hora. 814. cap. 8. à virginibus Sanctæ
 Ursulæ. 757. cap. 2. Ab oblati, & qua ho
 ra. 655. & quam propterea indulgentiam
 consequantur. 664. à confratribus & ope
 rarijs Doctrinæ Christianæ. 671. à fide
 libus tempore vespertina orationis, &
 qua ratione. 878

An

I N D E X R E R V M.

An illud adhibeant interrogandi pœn-
tentes a confessariis, & quale illud esse de
beat, ante scilicet confessionem. 561. Ad
illud quoque instituendi, & hortandi. 570

Examen peccatorum. Vide peccatorum.

Examini ratio in vniuersum, in eo cauendū
ne quis pro alio se substituatur, quique id
præstiterint in beneficijs ecclesiasticis, a
solo summo Pontifice absoluendi. 857. ca-
uendum item ne alias fuerit examinatus.
ibidem. à clericis Seminarij. 814. cap. 8. &
a recipiendis in Seminarium. 815. cap. 9.
Vide etiam ordinandi, confessarij, con-
cionatores, &c.

Examini qui præsentis adesse debeant, ordi-
nandorum, & parochialibus præficiendo-
rum Episcopus interesse debet, eoq̄ ab-
sente Vicarius Generalis. 421. ei se subij-
cere ratione beneficij ecclesiastici iniussu
Archiepiscop. oblati vetitum. 646. ei se
sistens pro sacris ordinibus, clericali ve-
stitu indutus sit. 143

Examine approbandus Cancellarius Archi-
episcop. & a quo. 456. Item q̄ notari sub-
stituti in Cancellaria Archiepiscop. 456.
Clerici quoque Seminarij, quando, quo-
modo, & à quibus. 814. cap. 8. & in Semina-
rium recipiendi. 815. cap. 9. Moniales, &
puellæ ad religionem admittendæ, noui-
tiæ quoque ad professionem. Vide monia-
les, puellæ, & nouitiæ. puellæ item in so-
cietatem Sanctæ Ursulæ admittendæ, &
à quo. 761. cap. 12.

Examinum libri à Cancellario Archiepiscop.
habendi, tum in genere. 434. tum specia-
tim ad ordines. ibidem. ad beneficia. ibid.
ad conciones. 476

Non examinati, & approbari, a sacris ordi-
nibus reijciendi. 146. cætera vide infra in
verbo examinatores.

E X A M I N A T O R E S.

Examinatores in synodo diœcesana propo-
nendi, ac deligendi decretum quando pro-
mulgandum in synodo eius decreti formu-
la. 179. par. 3. & sequent. & instantiæ item
promotorum ob eorum electionem. ibid.
quale iusurandum præstent. 182. par. 3. ea
de re decretum. ibidem.

E X C L A M A T I O N E S.

Exclamationes quando, & quomodo in con-
cione adhibendæ. 200

E X C O M M U N I C A T I O.

Excommunicatio ijs proposita, qui negligit

sistere infantes in ecclesia ad baptismum
ante nonum ab ortu diem, de ea monendi
fideles a concionatore. 466. tenentes eos
in lecto monendi fideles a parochis. 218.

Excommunicatio ijs proposita, qui hæreti-
cos non denunciant. 113. agentibus hæsti-
ludia, aut spectacula diebus dominicis &
festis. 130. Sacerdotibus sine Episcopi ap-
probatione confessiones audientibus. 239.
& absoluentibus a casibus reseruatis sine
facultate. 10. Decret. 18. 556. 855. de medi-
cis, qui ad ægrotos inconfessos post qua-
triduum accedunt, monendi fideles a con-
cionatore. 496. confessarijs socium crimi-
nis absoluentibus. 98. Afferentibus falsum
impedimentum ad impedienda matrimo-
nia, eaq̄ a parochis promulganda. 281.
Notarijs non denunciatis legata ad
pias causas, eaq̄ a parochis sæpè promul-
ganda. 608. qui puellas religionem ingre-
di cogūt, re monendi a concionatore. 456.
de monial. ij qui monasteria monialium
sine licentia ingrediuntur, ea de re mo-
nendi a concionatore. 496

Excommunicationis penam quando, & quo-
modo incurrisse aliquem declarat paro-
chus propter non adhibitam infanti cau-
tionem. 95. quomodo vendendi aut impi-
mendi libri, qui ex privilegio summi Pon-
tificis sub pena excommunicationis a cer-
tis hominib. imprimendi sunt. 127. nu. 34.

Excommunicationis reuocationem, aut ab-
solutioem extorquentes vi vel metu, a so-
lis Episcopis absoluendi. 862. numer. 30.
qui vero absolutus ob mortem imminen-
tem, postquam conualuit nõ se præsentat,
a solo summo Pontifice absoluendus. 856.
Ab excommunicat. one non absolueundum si-
ne speciali facultate. 618. ab eadem absol-
uedum ante absolutionem a peccatis. 241.
& qua formula ab ea absoluendum. 246.

Vide Absolutio.

Excommunicationes summo Pontifici, aut
Episcopis reseruata. Vide censura. earum
tabella. Vide tabella censurarum quando
populo recitanda, quæ, & quotuplex haben-
da in Sacrificia Ecclesiæ cathedralis. 355.
collegiatarum. 365. & parochialium. 371.

Excommunicati quomodo denunciandi. 11.
Decretum 19. si diutius in excommunica-
tione perseveret, grauius puniendi, à qui-
bus, & cui denunciandi. 11. Decretum 19.
si moniti ex ecclesia non exeat à solo sum-

I N D E X R E R V M.

mo Pontifice absoluendi. 857. Sacramentis ministrandis adesse non permittendi. 206. neque compadres in baptismo adhibendi. 213. à Sacramento confirmationis reiiciendi. 223. 498. nume. 12. neque in eo patrini adhibendi. 225. 498. nume. 12. Ad Eucharistiam non admittendi. 230. à sacerdotibus ordinibus reiiciendi. 147. 279. extrema vnctione priuandi. 270. ecclesiastica sepultura non humandi. 294. & qui eos in locis sacris sepeliunt, a solis Episcopis absoluendi. 862. eorum tabella affigenda in Sacristia. 218. eorum nomina a parochis deferenda. 101

Cum excommunicatis a Papa scienter participantes clerici, a solo summo Pontifice absoluendi 856. Item religiosi qui absolunt excommunicatos a iure, &c. ibidem.

Excommunicatus celebrans grauissime peccat. 553. eiusdem poenitentia canon. 257. quomodo se gerat, si cum celebrat recedatur se esse excommunicatum. 553

Coram excommunicato non celebrandum. 520. quomodo cū eo se gerat confessarius. 561. & quomodo illum instruat. ibidem.

EXECVTIO Executor.

Executio litterarum inferioribus delegata, eadem superioribus commissa censetur. 121.

Executionis decretorum monita. Vide monita. ei qui non paruerint, a quibus, & quomodo puniendi, & mulctandi. 121

Executionem litterarum Apostolicarum impediens, a solo summo Pontifice absoluendi. 857

Executiones diebus festis fieri vetita. 89

Executor vltimarum voluntatum pia legata prestare cogendus, quomodo libris à defuncto relictis vti possit. 18. Decret. 40. 127. numer. 27.

EXEMPLVM.

Exemplum in erogatione elemosinarum à patribus familias præbendum quale. 983.

Exempli boni præbendi necessitas in oblatibus, & alijs sacerdotibus. 661. In fratribus, & operarijs Doctrinae Christianæ. 672

Exempla in concione vnde sumenda. 200

EXEMPTI.

Exemptiones quo ad solutionem decimæ Seminarij abrogata. Vide priuilegia.

EXEQVIÆ.

Exequiæ Episcopi a quibus, & quomodo peragenda. Vide Episcopi.

Exequiæ clericorum quomodo agenda. 299. Vide Clerici.

Exequiæ mortuorum quomodo agenda, & que seruanda vel fugienda ad eas agendas pallium Altaris non adhibendum, & qui id fecerint quomodo puniendi. 28. Decretum 51. neque pallium in ijs adhibitum, ad altare adhibendum. 28. Decretum 51. ijsdem celebrandis in alijs ecclesijs intra parochiam vocatus primo parochus. 28. Decret. 50. quæ, & a quibus ferendæ crucis. 619. Quo habitu clerici conueniant. ibid. conciones a parochis habendæ. 188. quid significant, tum apparatus funebris, tum etiam lumina, cantus &c. 74. par. 3.

Exequiæ anniuersariæ in libro notandæ. 44. Decretum 34. & cum statis diebus agi non possunt, in præcedentem diem transferendæ. ibidem.

In exequijs Annæ Austriacæ Reginae Hispaniarum sermo funebris. 74. cætera vide in verbo funus, & officia mortuorum.

EXERCITATIONES.

Exercitationes spirituales ante subdiaconatum, & sacerdotium adhibendæ, & quamdiu. 174. de quæ ijs confectis afferenda testificatio. 144. eadem quoque ab alijs Sacerdotibus, & Clericis adhibendæ. 174. quando a clericis Seminarij in eundem. 804. cap. primo.

Exercitationes piæ singulorum oblatorum ad ipsorum disciplinæ spiritualis incrementum pertinentes. 653. cap. 1. ad proximum salutem iuuandam pertinentes. 656. cap. 2. In communi vita adhibendæ. 658. cap. 3. eas obeuntes oblato in missionibus, quam indulgentiam consequantur. 664

Exercitationes spirituales disciplinatorum quæ. 742. cap. 5. & virginum Sanctæ Ursula. 760. cap. 9. singulorum fidelium. 978. tam mane obeundæ. 980. & vesperi. ibid. quam diebus festis, sacris temporibus, ac vigilijs. 981. à patribus familias in se suaque familia instituendæ circa opera pietatis. 984

Exercitia domestica clericorum Seminarij quæ. 833. cap. 6.

Litteræ de pietatis deuotionisque exercitationibus tempore quarantænæ in pestilentia. 945

EXHORTATIONES.

Exhortationes frequentes ad oblatos quæ, & a quo habendæ. 659. à parochis ad populum

I N D E X R E R V M.

pulam adhibenda. Vide parochi, & populus, & fideles. ad scholas Doctrinae Christianae, quo die sacram sumunt Eucharistiam, habenda, & qua de re. 670

EXORCISMVS, Exorcista.

Exorcismus in baptismo infanti adhibendus. 216. quare adhibeatur. 211. sal adhibendus in eodem baptismo. 217

Exorcismi energumenis legendi, & quae seruanda & fugienda. 35. Decret. 18.

In exorcismis fontium qui ritus & caeremoniae adhibenda eorum liber qualis. 38

Exorcistae munus sine Episcopi facultate non exercendum. 35. Decret. 18.

Exorcistae quae in exorcizandi munere praestent. 35. Decret. 18.

Exorcistam occidentis poenitent. canon. 249.

E X O R D I V M.

In exordio concionis quale dicendi genus adhibendum. 200. & qualis item vox. ibid.

E X P E D I T I O N E S.

Expeditiones in Cancellaria Archiep. a quibus, & qua ratione conficienda. 459. 462.

E X P O S I T I O.

Expositio Eucharistiae, reliquiarum, &c. Vide Eucharistia, reliquiae, &c.

E X P V E R E.

Non expuendum a concionatore, nisi necessitate urgente. 202

Capsulae ad expuendi usum in ecclesia quando, & quomodo purganda. 397

E X S V F F L A T I O.

Exsufflatio cur adhibeatur infanti in baptismo. 211

E X T E R N A.

Externae vestis clericorum. Vide vestis.

Externis quem honorem deferant Seminariorum clericorum. 832. Vide hospites.

E X T I N C T O R I A.

Extinctoria candelaborum quando, & quomodo purganda. 398. qualia esse debeant. 376. Vide opercula.

E X T R E M A V N C T I O.

Extremae vnctionis Sacramentum a Christo Domino institutum. 267. quibus nominibus appelletur. 268. eius materia & forma quae, & quid significant. ibidem. minister qui. ibidem. fructus & utilitates. ibid. & quando a parochis explicanda. ibidem.

Si quis id non fecerint, quo multandi. 852.

Extremae vnctionis Sacramentum a solo parochio, nisi inest necessitas, ministrandum. 269. quibus caeremonijs & ritu ministrandum. 269. quae cauenda in vnctione adhibenda. ibidem. & seq. qua diligentia a parochis ministrandum. 270. quando aegrotum ministrandum. ibidem. quomodo ministrandum, cum dubitatur an aegrotus viuatur. ibidem. aut si cum ministratur, moriatur. ibidem. aut timeatur de morte. ibidem. aut si sacerdos ministras deficiat. ibid. aut si aliud oleum per errorem fuerit adhibitum. ibid. quot ministri adhibendi. ibidem. qualis habitus. ibidem. quae paranda in cubiculo aegroti. ibidem. preces, & alia, cum ministratur, ab ijs qui adsunt adhibenda, & a domesticis praestanda. ibid. quibus ministrandum. ibidem. amentibus & frenesi laborantibus quando ministrandum. ibidem. quomodo ijs ministrandum, qui sensu aliquo carent. ibid. qualis praeparatio, antequam suscipiatur, adhibenda. ibidem. confessio, & communio praemittenda. ibidem. quid si quis coeteri non possit. ibidem. corporis item praeparatio qualis. ibidem. quoties suscipiendum. ibid. quo ordine, seu ritu, & caeremonijs ministrandum. ibidem. & sequen. post ministratum quid agendum a parochio. 275. varia eiusdem officia erga aegrotum. ibidem.

Extremae vnctionis sacramentum ministrantes religiosi sine parochi facultate, a solo summo Pontifice abluendi. 856. de huiusmodi sacramento quae praecipue docendi fideles a concionatore. 193. eiusdem ministrandi instructiones & rubricae. 267. Ad eius perceptionem quomodo accendendi fideles a parochis. 269

In extremae vnctionis sacramento preces ad Deum fundenda, & quare. 269. quare vngetur oleo. ibidem. cur forma precatoria adhibeatur. ibidem. & cruces. ibidem.

Extremae vnctionis oleum quo honore custodiendum, quo loco. 617. qua ratione deferendum. 269. quae in deferendo preces adhibenda. 275. quando simul deferendum cum sacra Eucharistia. 269. eius consecrandi vsui quale vas parandum. 386. & quo vase custodiendum. 391

INDEX RERVM.

F

F A B R I C A.



Fabrica Ecclesiarum, Oratoriorum, piorum locorum, Monasterij monialium &c. Vide Ecclesia, pia loca, oratoria &c.

Fabricarum ecclesie fabricæ capitulo habendus liber, in quo describuntur propositiones eiusdem capituli. 179. Decreta item omnia & ordinationes in capitulo factæ, describendæ in libro, & in sequenti capitulo recitandæ. ibidem.

F A B V L Æ.

Fabulæ in familia Archiepif. fugiendæ. 628.

F A C E T I Æ.

Facetiæ a concionatore non afferendæ. 189.

F A C I E S.

Faciem suam transformantis pœnitentiæ canones. 257

F A C I N O R O S I.

Facinorosum hominem Rom. Ecclesie subiectum receptantes in statu ecclesiastico, à solo summo Pontifice absoluendi. 859. Vide criminosi.

F A C V L T A S.

Facultas Metropolitanæ, Archiepiscopi, Episcopi, ordinarij, Inquisitoris, parochi, Vicarij foranei, visitatoris, præfecti, summi Pontificis, seu sedis Aposto. &c. Vide Metropolitanæ, Archiepiscopi, Episcopi, &c.

Facultas proficiscendi ad loca hæreticorum a quo petenda. 125. & quomodo concedenda. ibidem. quando & quomodo a parochis, & quibus concedenda. ibidem. qui sine ea discesserit, quomodo puniendus. ibidem. in quibus petenda quo ad librorum venditionem, & impressionem. 126. concionandi, a quo petenda. Vide concionatores. eadem ecclesie Rectori exhibenda. 181. Ludi magistrorum quando renovanda, & antequam renouetur, quæ, & à quibus de illorum vita, & moribus inquirenda. 86. Vide ludimagistri. vtendi eibus in Quadragesima vetitis, quibus, & quomodo concedenda. 130. & sequentib. & à quibus ea concedenda Mediolani, tam in ciuitate quam in diœcesi. 147. commutandi vota. Vide vota. Missæ celebrandæ qualis, & quomodo concedenda. 518. quando nulla. 44. Decretum 30. celebrandi extra propriam ecclesiam a quo parochis con-

cedenda. 119. ministrandi Missæ puero laico à quibus & quomodo concedenda. 102. confessionis audiendæ. Vide confessio, & confessores. audiendi confessiones parochialiū ecclesie uacatis, aut derelictæ &c. à Vicarijs foraneis concessa quamdiu suffragetur. 100. audiendi surdastros extra confessionale, quando, & a quibus concedenda. 101. prorogandi tempus confessionis infirmis, a quibus, & quomodo concedenda. ibidem. confitendi alijs cōfessarijs, facile a parochis suis parochialibus concedenda, quibusque præsertim, & quomodo. 100. absoluendi a casibus referuatis, & censuris. Vide Absolutio. dispensandi super irregularitate. Vide dispensatio, & irregularitas. Absentiæ a choro à quibus & quomodo concedenda. 106. Vide absentia. habendi domi mulieres, a quibus, & quomodo eisdem Clericis concedenda. 104. Vide clerici. excludendi oblatos a congregatione pœnes Archiepiscop. qualis. 648. cap. 8. asseruandi sacras vestes, indumenta &c. in priuatis ædibus, quomodo concedenda. 93. construendi sepulcra in ecclesia cui exhibenda. 94. Vide sepulcra. contrahendi matrimonij cum ijs qui prope loca hæreticorum habitant. Vide matrimonium. concessa Regularibus conquirendi eleemosinas, quibus exhibenda. 121. contra eosdem agendi sibi concessa quomodo vtantur Vicarij foranei. ibidem. Vide Regulares, & Moniales.

Facultates ab Episcopo eiusve ministris gratis concedendæ. 416. & illæ item, quas Episcopi per suos Vicarios exequi possunt. 54. & seq. à Cancellario Episcopali gratis concedendæ. 285. & seq. à summo Pontifice, & Metropolitanæ tempore pestis impetrandæ. 423

Facultates Archiepiscopo in suo foro referuata quæ. 416. Visitatorum generalium quales. 423. Visitatorum inferiorum item. 424. Ab ecclesiasticis in scrutinio Synodi dicte cefanæ exhibendæ, quæ. 105. à ludi magistris obtentæ parochis exhibendæ. 86

Facultatum formulæ. Vide formulæ.

F A L D I S T O R I V M.

Faldistorium Episcopi quale, & quomodo consciendum. 384. eius integumentum quale. ibidem. puluinarja item. ibidem. de eo quomodo aliquando Episcopus concionetur. 187

F A L.

I N D E X R E R V M.

FALSARIUS. Falſitas.
 Falſarij pœnitentiæ canones. 256
 Falſitatem item in ponderibus, & menſuris admittentis. 256. Vid e menſuræ.
FAMILIA.
 Familia Archiepiſc. duplex, ſuperior, & inferior, & quæ earum vtraque. 622. quando ad mentalem orationem, diuina officia, doctrinam chriſtianam, aliasque ſpirituales exercitationes conueniant. ibidem. & ſequent. quando confiteantur, & communent. 623. diebus feſtis quem in locum ad diuina officia conueniant. 624. piam imaginem, & vas aquæ benediſtæ in cubiculis habeant. ibidem. quæ caueant in cubiculis. ibid. quando, & quomodo ad menſam conueniant. 627. quo veſtitu vtantur. 628. arma, ludos, ſpectacula, & huiusmodi fugiant. ibidem. qui, & quando Archiepiſcopum domo exeuntem comitentur. 629. quomodo ſe gerant cum hoſpitibus. ibid. In cubiculis, aut extra domum cibum ſine licentia non capiant. ibidem. tumultum, aliaque huiusmodi domi non excitent. ibid. eiufdem familie diſciplina. 622. caput præpoſitus. ibid. gubernatio ſpirituſalis, quæ. ibidem. victus in Aduentu, & Quadrageſima, & totius anni ieiunia. 623. gubernatio temporalis, quæ. 627. & ſequent. præfectus ſpirituſalis, qui, eiusque officium. 624. præfectus oratoriij, eiusque munus. 626. clericus oratoriij, eiusque munus. ibid. Vicarij, Viſitatores, & alij officiales fori. Vide Vicarij, Viſitatores, &c. Præpoſitus, eiusque officium. 630. Vicarius totius domus, eiusque officium. 632. æconomus, eiusque officium. ibid. magiſter cubiculi, eiusque officium. ibid. cubicularij, eorumque officium. 635. Capellanus, eiusque officium. 637. præfectus ſtabuli, eiusque officium. ibid. & ſequent. præfectus cœnaculi, eiusque officium. 638. Theſaurarius, eiusque officium. 639. elemoſinarius, eiusque officium. ibidem. Veſtiarius, eiusque officium. ibid. Curator ægrorum, eiusque officium. 640. lanitor, eiusque officium. ibidem.
 Familiares Episcopij nihil in collatione ordinum accipiant. Vide in verbo Episcopus.
 Familie varix oblatorum. 649. Vide oblati.
 Familie inferioris Seminarij diſciplina. 828. cap. 10. Vide Seminarij.
 Familia fidelium quibus regulis, & quomodo inſtituenda. 982. & ſequent. quomodo

tractanda. 984. eius numerus, & qualitas. ibidem. qui ex ea eiiciendi. ibidem. in eius inſtitutione negligentes quando non abſoluedi. 564. à patribus familias tota recognoscenda ante benediſtionem ædium, & quæ in ea corrigenda. 953. de illius inſtitutione, & cura agendum a concionatore. 197. & in benediſtione ædium a parochis. 952. quomodo gubernanda, & inſtituenda a doctrine chriſtiane hominibus. 850. Vide patres familias, & famuli.
 Familiarum inſignia, & ſtemmata ſacris indumentis, & locis non appingenda, & appoſita amouenda. 93. quomodo eadem apponere liceat in funeribus. ibidem.
 Familiarem Cardinalis, aut aſſiſtentis ſe ſignens, vt litteras Apoſtolicas gratis expediat, a ſolo ſummo Pont. abſoluendus. 857.
FAMILIARITAS.
 Familiaritas laicorum fugienda a concionatore. 184. & a clericis. 174. a mulieribus chriſtianiſ fugienda, quæ clericorum Seminarij ab eiufdem officialibus fugienda. 818. a famulis item. 828. clericorum Seminarij inter ipſos qualis. 832.
FAMVL I.
 Famuli qui a patribus familias domo eiiciendi. 983. eaque de re monendi a concionatore. 496.
 Famuli laici regularium diuerſorium vbi & quomodo extruendum. 346.
 Famuli chriſtiani diem feſtum vt integre obſeruet. 128. Ab operarijs doctrine chriſtiane quomodo inſtituendi, & erudiendi. 673. doctrine chriſtiane ſcholis adſcripti quomodo ſe gerat erga dominos ſuos. 674. quomodo, & qui recipiendi in familia Archiepiſcopi. 631. & fidelium. 982.
FARINA.
 Farinarium monialium vbi extruedum. 340.
FARTORES.
 Fartores quomodo puniendi, ſi diebus feſtis aliquid vendant. 90.
FASCIA.
 Fascia ad ornatum altaris qualis, & quomodo conficienda. 377. amiſtus item ſacerdotalis. 378. & planeta. 380.
FASCINATIO.
 Ad faſcinum præcantantis pœnitentiæ canones. 247. & faſcinationes facientis. ibid.
FASTIGIVM.
 Faſtigium campanilis quale, & quomodo extruendum. 327.
 FA-

INDEX RERVM.

F A T V M.

Fati nomen a concionatore cauendum. 199.

F A V O R.

Fautores. Fautores dantes violentæ in clericum manuum iniectioni a solo summo Pontifice absoluendi. 856. Itemque communicantium excommunicato a Papa. ibidem. aut percutiendi, capienti, &c. Episcopum. ibid. Inuadentibus, recipientibus, &c. bona Cardinalium, & aliorum qui in conclauisunt, &c. 856. aut trahenti ecclesiasticum ad forum laicale. ibid. appellant à summo Pontifice ad futurum concilium. ibid. auferenti aliquid de sacris locis. ibidem. occidentibus, inuadentibus, &c. litigantes in curia Romana. ibidem. cõtra negotium Sanctæ Inquisitionis. 858. contra Cardinalem. ibidem. homicidæ aut exuli Rom. Ecclesiæ in Regno Neapolitano. 859. pro expeditione gratiæ vel iustitiæ. ibidem. Fautores hereticorũ quibus denunciandi. 122

F E M V R.

Femur raro ferendum a concionatore. 202.

F E N E S T R A.

Fenestra in altari maiori ecclesiæ monialiũ qualis, quo loco, & quomodo extruenda, munienda, &c. 335. 337. ad vsum exponendi vestes sacras vbi, & quomodo extruenda, & munienda. 335. Ad vsum ministrandæ sacre cõmunionis item. 335. Ad vsum afferuandi sacras reliquias. 335. Ad vsum sacri olei infirmorum. 337. Ad vsum confessionis audiendæ. 345. prope ianuam monasterij vbi, & qua ratione extruenda. 340. Fenestræ in cellis collocutionis monialium quomodo extruendæ, muniendæ, &c. 339. quando plures construendæ, & vbi, & qua ratione. 339. Fenestræ in ecclesia monialium tam interiori quam exteriori quomodo construendæ. 337. nullæ permittendæ, quæ extra monasterium spectent. 347. Fenestræ in campanili monialium quales, & quomodo construendæ. 337. In locis item dormitionis. 344. In cellis. ibidem. & in Refectorio. 338. Fenestræ in ecclesijs qua potissimum forma construendæ, & quo loco. 300. quomodo muniendæ. 92. 171. 612. quæ in ijs obstruendæ. 65. 171. quomodo describendæ. 480. In oratorio seu ecclesia simplici quot, & quales, & quomodo muniendæ. 334. In oratorio item in quo non celebratur. ibid.

in capellis vbi, & qua forma construendæ. 301. quomodo muniendæ, & ornandæ. ibidem. 612. in capella baptisterij quot & quales. 315. in campanili item. 327. In sacristia item, & quomodo sepientiendæ. 331. sæpe aperiendæ sereno cœlo. 400

E fenestris non spectandæ processiones, presertim corporis Christi monendi fideles a parochis. 590

Fenestella in altaribus vetita, quæ. 166. 507. vrceolorum in quolibet altari construenda, & quo loco. 167. numer. 13. & qua ratione. ibid. 308. sacrarij qualis. 322. quando, & quomodo purganda. 397. reliquiarum in altari consecrando, vbi & qua ratione construenda. 309. Intermedia in confessionali, vbi, & qua ratione extruenda. 325. sacri olei infirmorum item. 93. In eadem afferuandum oleum infirmorum, etiã cum doni a parochis afferuatur. 166. sacrarum reliquiarum, & oleorum, & vbi extruenda. 93. in eadem afferuandæ reliquiarum, & olea. ibidem.

F E R C V L A.

Fercula in refectioe congregationis foraneæ quot, & qualia. 800. Seminarij clericis apponenda item. 810. cap. 5. & superioribus item. ibidem.

F E R E T R V M.

Feretra quo loco in cõmiterio afferuanda. 333. ad vsum Cathedralium ecclesiarum quot. 354. & Collegiatarum item. 365. & parochialium. 376

Feretri pallium. Vide pallium.

F E R I A.

Feria quarta, & sexta in Quadragesima concio habenda a parochis. 88. feria item sexta in Aduentu. ibidem. Feria quinta Missa de Spiritu sancto, aut oratio dicenda, indicta synodo prouinciali, aut diocesana. 47. Decretum 45. eam celebrantis in honorem Iouis pœnitentię canones. 247. Feria quarta abstinendum a carnibus in familia Archiepiscop. 623. Feria quinta in Cœna Domini Eucharistia sumenda a canonicis & clericis cathedralium, & collegiatarum in Missa conuentionali. 112. In parochiali item ab ijs qui eidem adscripti sunt. 112. hortandus populus ad sanctam communionem. 214. Feria sexta signum dandum passionis Domine recolendæ, eadem hora monendi fideles

INDEX RERVM.

deks vt orent. 198. Ieiunandum in familia Archiepisc. & disciplina adhibenda. 623. Abstinendum quoque à cœna in Seminario. 830

Feria sexta in Quadragesimæ non celebranda Missa à sacerdotibus Ambrosianis. 114. nec exponenda sacra Eucharistia, sed crux ob memoriam passionis adoranda. ibidem. & ad eam adorationem passionis que Domini recordationem populus a parochis excitandus. ibidem. In eiusmodi Crucis expositione quæ seruanda in parochialibus. ibidem. eadem feria habenda concio de passione Domini. ibidem.

Feria sexta in parasceue concio habenda post Euangelium de passione Domini. 89

In ferijs quæ fieri vetita. Vide dies festi.

Pœnitentia per legitimas ferias constituta, quæ. 259

FERRAROLVM.

Ferrarolum clericis vetitum. 37. 104. præterquam tempore pluuie. ibid. qui illud alio tempore detulerint, quomodo puniendi. 104. 148. clericis ite Seminarij extra tempus pluuie vetitum. 832. c. 5. Vide palliũ.

FERREA.

Ferrea candelabra quando, & quomodo purganda. 396

Ferrum mittentes Alexandriam, vel in partes Ægypti, a solo summo Pontifice absoluendi. 857

FERVLA.

Ferula a præpositis gestanda diebus solenioribus, alioqui quomodo multandi. 851.

Ferula albi coloris ferenda a sacerdotibus suspectis in ministracione Sacramentorum tempore pestilentie. Vide baculus.

FERVOR.

Feruoris remissio quam graue malum, præcipue in ecclesiasticis. 111. par. 3.

FESTIDIES.

Festi dies. Vide dies festi.

FEVDVM.

De oppidis & locis Rom. Eccles. vacantibus in feudum dâdis a rtes a solo summo Pontifice absoluendi, 859

FIDES, Fideles.

A Fide christiana aberrantes quibus denunciandi, & sub qua pœna. 122. Item que eorum sectatores, factores, &c. ibid. Ab eadem desciscens pœnitentia canon. 246.

Fidei affectus qua ratione ante celebracionem Missæ a sacerdote excitandus. 515.

In ea tenenda parochorum diligentia. 86. 71. & monita ad executionem decretorum ad eam rem pertinentium. 86

Fidei initia seu rudimenta a parochis in ecclesia tradenda. Vide doctrina christiana. ea que de re monendi fideles a concionatore. 191. 213. ea ignorantes non adhibendi compates in baptismo. 166. 173. 213. neque ad confessionem admittendi. 563. eadem initio confessionis a pœnitentibus recitanda. Vide confessio, & confessores.

Fidei professio a quibus præstada. 86. à concionatoribus, etiam regularibus. 180. Vide concionatores. à confessorijs ite à medicis & chirurgis. 86. **Quo loco præstanda.** 74. quando, & quomodo præstari possit in diœcesi Vicarijs foraneis. 86. ea item de re decretum Tridentinum, & prouinciale in Synodo Diœcesana promulgandum, & quomodo. 75. Decret. 5. eiusdem præstandæ formula, in tabella descripta habenda in Sacristia Ecclesiæ Cathedralis. 355. eadem de re liber habendus a cancellario Archiepiscop. & quæ in eo describenda. 466

De fide magistrorũ inquirendũ, & a quib. 86

Fides seu testimonium auditæ confessionis prompte a confessorijs danda. 173. denunciationum factarum non concedenda a parochis in matrimonio, nisi illis omnibus absolutis. 26. Decret. 33. ea que a quo recognoscenda, antequam matrimonium contrahatur. 26. Decret. 38. quomodo a parochis danda, si matrimonium in locis hæreticorum contraheudum sit. Vide testimonium, & testificatio.

Fideles hortandi, vt diebus Dominicis in Quadragesima communicent, ac que alia pietatis opera eo tempore præstent. 139. quæ ite peccata, & alia præcipue fugiant. ibidem. Monendi vt conueniant ad litanias. 6. Decretum 3. de ecclesiæ institutis, & precandi studio quomodo a concionatore instruendi. 186. quomodo excipiant Episcopum in visitatione, ei que visitanti adsint, ac eam ob causam a parochis conuocandi. 437. hortandi ad confessionem, communionem, & preces pro visitationis optimo successu adhibendas. 120. quibus de rebus a parochis instruendi, monendi &c. Vide parochi. Vide populus. quando confiteantur, Eucharistiam sumant &c. Vide confessio, Eucharistia, &c.

Fide-

INDEX RERVM.

Fidei in for quando, quomodo, & qualis dandus a clericis in Seminarium ingredientibus. 818. cap. 10.

F I L I I.

Filij quomodo erudiendi, quomodo instituendi ab adscriptis scholis doctrinæ christianæ. 673. de eorum educatione docendi fideles a concionatore. 192

Filium suum vel filiam occidentis voluntarie, aut non, penitentia canones. 250. item eosdem necantis mulieris, aut post partum sponte occidētis, vel abortum facientis. ibidem. aut etiam necantis, sceleris occultandi causa. ibidem. aut sine baptismo, vel confirmatione mori negligentis. ibid.

Filium spiritualement violantis sacerdotis, aut Episcopi penitentia canones. 255

A filiis administratorum, & procuratorum fabricæ ecclesiasticæ, & piorum locorum non conducenda prædia, bona, &c. ad eorum administrationem pertinentia. 176

De filij Regis Hispaniarum obitu literæ pastorales. 989

Filiorum spiritualium partus in quibus Deus glorificetur, finis operum Dei, & Sanctæ Ecclesiæ. 87. par. 3. & sequent. quibus præcipue rebus impediatur, itemque educatio, &c. 90. par. 3. per totam concionem. 101. par. 3. per totam concionem.

F I N I S.

De fine propter quem creatus est homo, instituendi fideles a confessarijs, & qua ratione. 569

F I S C A L E S.

Fisci Archiepiscopi. promotor indicem causarum conficiat, & quæ in eo describat. 416. causas ad alios pertinentes non attingat. ibid. eiusdem officium, itemque substitutorum illius. 448. inter sit congregationi consultationis causarum. 418. quando, & quomodo à Vicar. Gener. conuocandi, & qua de re inquirendi. 429. quo habitu in ecclesiis diebus festis conueniant. 624. nulla illis causa a familiaribus Archiepiscopi. commendanda. 629

Fisci Archiepiscopalis, & Inquisitoris procuratores, seu promotores inter sunt congregationi Sanctæ Inquisitionis. 159

Vide procurator, & promotor.

F L A M I N I V S.

Flaminii paraphrasæ in psalmos non vendendæ nisi purgatæ. 126. num. 11.

F L O R E S.

Flores clero vetiti in processionibus. 587. & virginibus Sanctæ Ursulæ. 759. cap. 4. diebus festis non vendendi. 90. 127

Floreculi Bibliæ vetiti. 126. num. 16.

F O E N E R A T O R E S.

Feneratorum a communione quando reijciendi. 230. Vide vsurarii.

F O N S.

Fons baptismalis. Vide baptismalis. cū in eo per infusionem baptizatur, a qua illius parte standum in baptismo ministrando. 209

Fontes abaci quales. 385. Vide pelues.

F O R C I P E S.

Forcipes ferrei ad prunas excipiendas quot habendi in Sacristia ecclesiæ cathedralis. 356. Collegiatae. 965. & parochialis. 372.

F O R E S.

In foribus Ecclesiæ quidquam profani tractandum. 133. neque persistendum a clericis superpelliceo indutis. 22. Decret. 10.

Foribus sacrorum locorum non affigendæ schedulæ profanæ. Vide ecclesia, ianua, & portæ.

F O R E S T E R I Æ.

Forestiarum monialium. Vide hospicium, & moniales.

F O R F I C E S.

Forfices ad usum sacræ ordinationis quot. 310. eorum forma. 349

F O R M A, Formula.

Forma baptismi, quæ. 207. quæ circa eam animaduertat parochus, & populum doceat. 206. quæ ea sub conditione vtendum. 207

Forma sacramenti confirmationis quæ, & quid significet. 221. Extremæ unctionis quæ. 268. & quare precatione absoluitur. 269. consecrationis panis & vini quæ. 552. & quinam ex parte illius defectus in Missa occurrere possint, & quomodo si accidat, se gerat sacerdos. ibidem.

Forma dicendi a concionatore adhibenda qualis. 199. oblati eorum, qui in congregationem Oblatorum recipiuntur. 644. cap. 3. ædificandi in Ecclesia sepulchri cui exhibenda. 94

Forma supellectilis ecclesiasticæ. 375. crucis. ibidem. candelabrorum. ibid. emunctorii & operculi. ibid. tabellæ secretorum. 377. mapparum seu tobalearum altaris. ibid. pallii. ibid. velamenti seu fasciæ ad ornatum altaris. ibid. telæ stragulæ altaris. 378. stragulorum bradelle, & graduum altaris. ibid. caligarum episcopaliū. ibid.

I N D E X R E R V M.

sandaliorum. ibidem. amictus sacerdotialis. ibidem. albæ, & aurifrigij seu grammatarum. ibidem. cinguli. ibidem. stolæ. ibidem. tunicellæ. 385. dalmaticæ. ibidem. chirothecarum Episcopaliū. 386. planetæ. ibidem. subbirretii mitralis. ibidem. mitræ. ibidem. annulii. ibidem. gremialis. ibidem. baculi pastoralis. ibidem. pluuiialis. 380. pectoralis. ibidem. veli subdiaconalis. ibidem. velorū ministerialium. ibidem. veli calicis. ibidem. calicis. ibidem. patenæ. ibidem. sacculi calicis. 382. Thecæ calicis. ibidem. corporalis. ibidem. sacculi corporalis. ibidem. purificatorij. ibidem. hamularum seu vrceolorum. ibidem. peluiculæ hamularum. ibidem. Missalis. ibidem. eiusve signaculi. ibidem. & integumēti. ibidem. & puluinaris. 383. instrumenti cādellæ sustinendæ ad officiorum pontificalium vsum. ibidem. thuribuli, acerræ, & coclearis. ibidem. vestitus sedis episcopalis. ibidem. scabellorum assistentium Episcopo. ibidem. faldistorij. ibidem. eiusve integumenti. ibidem. & puluinarium. ibidem. abaci eiusve vasorum & mapparum. ibidem. lintei ad vsum abstergēdi manus. 384. Librorum Lectionarij Epistolarij & Euangelistarij, eorumque integumentorum. ibidem. integumēti lectorilium, & ambonis seu suggesti. 385. vasis gestatorij aquæ benedictæ. ibidem. panni ad abstergēdū caput baptizati. ibidem. vasorum ad sacra olea continēda. ibidem. velorum sacri olei vasorum. 385. vasulorum ministratoriorū. 386. forficis ad vsum sacre ordinationis. ibidem. peluiculæ ad varia ministeria episcopalia. ibidem. libri exorcismorum. ibidem. cereostatorum. ibidem. operculorum. ibidem. labari seu vexilli. ibidem. crotalorum ligneorum. ibidem. straguli sedilis sacerdotis. 387. aulæ eorum ecclesiæ. ibidem. lectorilium. ibidem. librorum seu voluminum ecclesiasticorum. ibidem. conopœi sanctissimæ Eucharistiæ, & baptisterij. ibidem. tabernaculi paruuli sanctissimæ itē Eucharistiæ. ibidem. pixidis. 388. eiusve sacculi. 389. & velorum. ibidem. vmbellarum. ibidem. laternarum. ibidem. cereostatorum breuiorū. 390. mapparum ad vsum sacre communionis. ibidem. scabellorum oblongorum ad eundem vsum. ibidem. vasorū purificationis. ibidem. crucis ad ægrotos ferendæ. ibidem. tabellæ gestatoriz pacis. ibidem. superpellicei. ibidem. vasorum instrumentorum, quæ in sacristia reconduntur. 391. vasulorum sacrorum oleorum in plebana Ecclesia. 392. & in paro-

chiali. ibidem. vasculi extremæ vnctionis. ibidem. vasis ad aquam baptismalem ferendam accommodati. 392. vasculi, in quo sacra hostiæ asseruantur. ibidem. vasis ad vsum abstergendi calices, & lauandi corporalia. ibidem. capsularum corporalium, & purificatoriorum. 393. Tapeti vsui sacerdotis sacras uestes induentis. ibidem. mantiliū vsui abstergendarum manuum. ibidem. Tabellarum, quæ in Sacristia affiguntur. ibidem. suppellectilis officiorum funeralium. ibidem. cœnotaphiorum, seu tumbarum, straguli cœnotaphij, pallij tegendi cadaueris, & cœnotaphij. ibidem. crucum cœnotaphij. ibidem. candelaborum cœnotaphij. 394. suppellectilis instrumentalis, scilicet tripodis ad vsum thurus adolendi, & cochlearis, tum etiam vasorum ad vsum lampadum. ibidem. Vide hæc omnia in proprijs etiam titulis. Formula iurifurandi ab examinatore. præstandi. 182. par. 3. iuramēti punctatorum. ibidem. Cancell. Archiepisc. & notariorum substitutorum, & scriptorum. 458. chirographi præfite confessionis. 569. denunciandi in ecclesia promouendos ad subdiaconatum. 581. voti obedientię oblatorum Clericorum. 645. & receptionis eiusdem voti. ibidem. voti laicorum. ibidem. voti paupertatis aut subiectionis bonorum. 647. epistolæ commendatitiæ ad parochos pro clericis Seminarij temporis uacationum. 813. & ad Vicarios item foranos. ibidem. Aclammationum in Concil. Prouinc. 168. par. 5. & in Synodo diocesana. 184. literarū, quibus Episcopi a Concilio absentis excusatio accipitur. 168. quibus capitula canonicorum cathedralium ad Concil. Prouincial. intantur. ibi. literarum de monitionibus, quæ Episcopis a Concil. Prouinc. absentibus mittuntur. ibidem. literarum, quibus Concil. Prouinc. mittitur ad summum Pontificem. 170. literarum ad Episcopos prouinciæ de affixione, & promulgatione Concil. Prouincial. ibidem. attestacionis electionis, & approbationis Iudicum synodaliū. 185. prorogacionis Synodi diocesane. ibidem. denunciandi ordinandos. 146. Formulæ variæ. 116. par. 3. Concilij Prouincialis habēdi, & eorum omnium quæ ad illud pertinent. ibidem. Vide Concilium prouinciale. Synodi diocesane habēdæ. 169. Vide infra Synodus diocesana. facultatis Visitatoris Generalis in vrbe, & diocesi

I N D E X R E R V M.

186. par. 3. facultatis Visitatoris in aliqua urbis aut diocesis regione seu parte. 188. par. 3. facultatis Visitatoris Generalis in aliena ciuitate & diocesi ex delegatione Apostolica. 191. par. 3. Literarum deputationis Vicariorum foraneorum in diocesi. 192. par. 3. Literarum pro regimine, & visitatione scholarum doctrinae christianae. 194. Literarum missionis oblatores. ibid. facultatis seu deputationis rectoris Collegij Sactae Mariae Nobilium Mediol. 196. par. 3. & Collegij Heluetiorum. ibid. Prioris societatis virginum S. Ursulae, & viduarum S. Annae. ibidem. facultatis pro cõcionatore. 196. p. 3. facultatis ministrandi sacramentum poenitentiae. ibid. etiam pro confessoris regularibus. 197. facultatis Missae celebrandae. ibid. etiam pro residentibus, vt in aliena ecclesia Missae celebrandae onus suscipere possint. ibid. & pro parochis. 198. par. 3. pro capellanis mercenariis secularibus, & regularibus. ibidem. pro capellanis qui inferuiunt diuersis altaribus. 199. p. 3. pro sacerdotibus alienae diocesis. ibid. facultatis, qua permittitur clericum esse in familia alicuius laici causa educationis liberorum. ibid. facultatis, qua permittitur clericum nondum initiatum Missae sacro, diuinisq; officiis inferui. 201. par. 3. facultatis, qua permittitur puerum laicum ob defectum clerici Missae sacro aliisq; diuinis officiis inferuire. ibid. facultatis, qua permittitur ecclesiasticum hominem vitae sustentandae causa domi habere mulierem senescentem. ibidem. & qua permittitur eundem ecclesiasticum hominem habitare in aedibus laicalibus. ibidem. attestationis natalium, morum, & professionis fidei. ibid. Literarum quibus aliquid de sacris reliquijs conceditur Episcopo, qui earum translationi interfuerit. 202. Literarum, quibus ex causa probatur absentia Episcopi. ibid. facultatis pro ecclesiasticis commorandi extra diocesim ob aliquam causam. 203. par. 3. Literarum absentiae causa studij intra diocesim. ibid. & extra. ibid. Literarum peregrinationis Iubilei causa ad urbem pro ecclesiasticis. 204. par. 3. Edicti de examine eorum, qui ecclesiae parochiali praesciendi sunt. 205. par. 3. fidei examinis & approbationis pro parochis. ibid. Literarum collationis ecclesiae parochialis. ibid. Literarum colla-

tionis canonicatus. 207. etiam si collatio facienda sit vigore literarum Apostolicarum. ibidem. Institutionis capellae de iure patronatus. 208. par. 3. Literarum deputationis Rectoris pro administratione alicuius Ecclesiae, cum facultate curam, & sacramenta ministrandi. 209. par. 3. Literarum deputationis depositarij, & exactoris laici bonorum ecclesiasticorum. ibidem. describendi baptizatos in libro. 617. monitionis de suscipiendo Confirmationis Sacramento. 209. par. 3. schedulae a confirmandis afferendae. 225. describendi confirmatos in libro. 209. monitionis de sumendo in Paschate sanctissimo Eucharistiae sacramento. 235. Denunciandi interdictos ab ingressu ecclesiae ob non sumptum in Paschate communionem. 502. Facultatis induendi habitum clericalem. 210. par. 3. Indictionis diei sacrae ordinationis. 147. testificationis pro iis qui mense ante sacram ordinationem Reuerendiss. Archiepiscop. vel eius Cancellario se praesentant. 210. facultatis euulgandi nomina eorum, qui ordinis sacramento initiandi sunt, & de eorundem scrutinio. ibidem. edicti sacrae ordinationis. Vide edicta. Denunciandi in ecclesia eos, qui ad ordines promouendi sunt. 580. publicandi bona, ad quorum titulum quis ordinandus sit. 211. par. 3. Literarum testimonialium de eorundem publicatione facta. ibidem. delegationis pro informatione de moribus, & examine de scientia promouendorum ad ordines extra diocesim. ibidem. Literarum dimissoriae ad ordines. ibidem. Literarum testimonialium pro prima tonsura. ibidem. & pro ordinibus. ibidem. etiam cum dispensatione super defectu natalium. 212. par. 3. etiam extra tempora susceptis. ibidem. aut ab alieno Episcopo in propria diocesi de ordinarij licentia. ibidem. Denunciandi matrimonium futurum in ecclesia. 283. Dispensandi in denunciationibus matrimonii. 212. Literarum testimonialium de publicationibus factis matrimonii contrahendi, quando contrahetes diuersarum sunt parochiarum. ibid. Dispensationis super matrimonio iam contracto, ob aliquod impedimentum. ibidem. interdicendi nuptias. 213. Describendi matrimonio iunctos in libro. 618. Describendi fideles in libro status animarum. 598. Approbationis fabricae ecclesiasticae. 214. par. 3. facultatis profanandi ecclesiam ratione vnionis faciendae. ibidem. facultatis construendi

INDEX RERVM.

sepulcra. ibidem. concedendi indulgentias. 215. par. 3. euulgandi, seu exponendi indulgentias a summo Pontifice concessas. ibid. facultatis assumendi informationes de veritate miraculorum. ibidem. denunciandi diem consecrationis Archiepiscopi. ibidem. denunciandi Missas Pontificales. 216. par. 3. denunciandi menstruos conuentus parochorum. ibidem. receptionis monialium. 216. par. 3. examinis puellæ ad religionem admittendæ. ibid. status eiusdem. ibid. sponsonis dotis. ibid. facultatis habendi capitulum pro puella ad religionem admittenda. 217. testimonij de examine puellæ. 217. Instrumenti de positionis dotis. 218. facultatis ingrediendi pro habitu. 218. facultatis ingrediendi pro habitu ante sex menses. 219. facultatis recipiendæ professionis monialium. 220. licentiæ alloquendi moniales. ibidem. Alloquendi pro parentibus, fratribus, & fororibus tantum. ibid. licentiæ, qua permittitur moniales alloqui extreros. ibidem. Licentiæ ingrediendi clausuram generatim concedi solitæ. ibid. & speciatim concedi solitæ. 221. facultatis visitandi monasteria monialium. ibid. etiam ex delegatione Apostolica. 222. facultatis pro concionatore monialium. ibid. facultatis confessorij monialium. ibid. licentiæ celebrandi in ecclesijs monialium pro capellanis mercenarijs. ibidem. & ex deuotione tantum. 223. licentiæ pro clerico qui Missæ inseruiat, & alia ministeria præster in eadem ecclesia. 224. deputationis eius, qui alloquendi moniales facultatem concedat in diocesi. ibidem. deputationis curatorum monasterij monialium. ibid. facultatis colligendi elemosinas. 225. etiam pro confratria sanctissimi Sacramenti. ibid. etiam in vrbe & diocesi. ibidem. facultatis pro officio cantoris. 226. literarum peregrinationis pro laicis hominibus. ibidem. etiam Iubilei causa. 227. denunciandi Decretum Concilij Provincialis secundi contra Notarios legata pia non denunciantes. ibidem. facultatis accedendi ad ecclesias occasione stationum aut indulgentiarum in rhæda. 228.

Formula seruandæ in denunciationibus varijs a parochis faciendis. 119

Itemque in describendis nominibus baptizatorum, confirmatorum, &c. in libro: ibid. expeditionum Cancellariæ Archiepisc. quo modo conscribendæ. 464

Formula diariæ & codices conscribendi

præferibenda procuratoribus fabricæ ecclesiæ, & piorum locorum. 176

Formularum liber habendus in Sacristia ecclesiæ Cathedralis. 356. Collegiatæ. 365. & Parochialis. 371

FORNICATIO, Fornicarij.

Fornicatio quam graue malum in ecclesiasticis, quamque grauiter illud Deus oderit, & punit. 93. par. 3. eius committendæ causa maritum suum interficientis penitentia canones. 252. Item vxorem suam fornicari consentientis. 255. Item laici saepe cum laica fornicantis. ibid. aut cum duabus fororibus. ibid. fornicantis item presbyteri. ibidem. mulieris etiam in se, aut cum altera fornicantis. ibidem. fornicari quoque concupiscentis Episcopi, presbyteri, Diaconi, Monachi, clerici, & laici. 256.

Fornicationem committentes disciplinati, quomodo puniendi. 748. cap. 22.

Fornicationes a concionatore exagitadæ. 190.

Fornicarij clerici. Vide clericij.

FORNIX.

Fornice cooperiendæ ecclesiæ. 612. Vide ecclesia.

FORTUNA.

Fortunæ nomē a concionatore vitandū. 199.

FORVM.

In foro Episcopali iudicia, & alia in ferijs non exercenda. 90. Vide leges, & taxa.

Fori Episcopalis Vicarij, Iudices, Præfectus reformationum, Notarij, Procuratores, scribæ, cancellarij, seruitores, & nunciij, mulieræ, taxa, scripta, tribunal, iudicia, carcer, causa, &c. Vide Vicarij, Iudices, Præfectus, &c.

Fori Archiepiscop. instructiones. 415

Ad forum laicale trahentes ecclesiasticos, a solo summo Pontifice absoluedi. 857

FRANCISCVS.

Franciscus primus Mediolani Archiepiscopus, eiusque præcipua gesta. 845. num. 100.

Secundus. 846. num. 111.

FRASSINETVM.

Frassinctum cap. Pléb. primæ regionis diocesis Mediolanen. 423

FRATRES.

Fratricellorum statum aut sectam assumētes, aut in eo perseverantes, a solis Episcopis absoluedi. 862. num. 47.

Fra-

Fra-

I N D E X R E R V M.

Fratres Sancti Francisci de Observantia in electione Ministri generalis &c. aliquem subornantes, à solo summo Pontifice absoluedi. 859. Item si ad tribunalia appellarint. *ibidem*.

Fratres Ordinis Prædicatorum, Franciscanorum, Sancti Auguttini in quibus casibus à solo summo Pontifice absoluedi. 860. & sequen. item contra illos, aut moniales eiusdem ordinis aliquid admittentes. *ibid.*

Fratres, seu operarij scholarum Doctrinæ Christianæ. Vide operarij, & Doctrinæ Christianæ scholæ.

Fratrem suum occidentis penitentia canones 250. aut illi reconciliari nolentis. 253. aut cum illo cõtra naturam coeuntis. 255. aut eidem manifestum conuicium inferentis. 255

FRONTISPICIUM.

Frons confirmari antequam abluatur, non tangenda, eaque de re monendi fideles à parochis. 498. num. 21. neque cum ea madida ad illud suscipiendum accedendum. 498. numer. 15.

Frontispicium ecclesiæ quomodo ornadum, & quibus imaginibus. 92. 298

FRUCTVS.

Fructus beneficiorum, ecclesiarum, canonicatum, præbendarum, oblatorum, monasteriorum, monialium, piorum locorũ, &c. Vide beneficia, canonicatus, præbendæ, &c.

Fructus prædicationis verbi Dei, qui, & quantus. 658

Fructuum genera in mensa congregationis foraneæ, quot. 610

FRUGALITAS.

Frugalitas victus in mensa Episcopi adhibenda, à clericis sectanda. 174. In conuentu diocesano seruanda qualis. 410. occasione quoque celebratarum. 114. Quadrag. tempore à fidelibus seruanda. 140

Frages vltra suum vsum ementes sedi Apostolicæ subiecti, à solo summo Pontifice absoluedi. 859. Itemque eas exportantes extra statum Sanctæ Rom. Eccles. 860.

FRUMENTVM.

Frumentum vltra suum ementes, aut impediendes eos qui illud comportant ad urbem in statu Ecclesiæ, à solo summo Pontifice absoluedi. 859. aut qui illud exportant extra statum Sanctæ Rom. Eccles. 860.

FV C V S.

Fucus in dicendo à cõcionatore fugiendus. 199

Fucate mulieres ad confessionem non admittendæ. 560. neque ad sacramentum confirmationis, aut in eo commatres adhibendæ. 498. num. 13. neque ad sacram Eucharistiam. 510

FVLCIMENTVM.

Fulcimentum Crucis quale. 375

FVNCTIONES.

Functiones propriæ clericatibus imponendæ, & ab iis qui illos obtinent, obeundæ. 43. minorum ordinum ad vsum reuocandæ, & qua potissimum ratione. 42. in Missa, processionibus, diuinis officijs, à laicis non obeundæ. *ibid.* 175. etiam in ecclesijs regularium & monialium. 872. à clericis adscriptis in ecclesijs eisdem assignatis obeundæ. 174. anque illas præstiterint, qui referant, & ad quos. 118. à toto clero singulis mensibus ad Episcopum afferendum. 41. & in scrutinio synodali, alioqui vt puniendi. 105. 849. exhibendum item pro ratione ordinis suscepti ante sacros ordines. 143

ibidem. cap. 15. cancellarij. ibidem. cap. 16. procuratorum. ibidem. cap. 17. infirmario- rum. ibidem. cap. 18. assistentium ad eleemofinas accipiendas. 797. cap. 19. prioris, eiusve substituti, thesaurarij, visitatorum, cancellarij, &c. societatis charitatis. 755. & sequen. Prioris generalis societatis sanctæ Ursulæ. 761. priorum particularium. ibidem. Gubernatorum. 763. & Gubernatricum. ibidem. priorissæ, eiusve substitutæ, cancellariæ, thesaurariæ, & discretarum congregationis mulierum oratorij. 760. & sequen. Rectoris Seminarij. 819. cap. 2. ministri. 820. cap. 3. confessarij. 822. cap. 4. præfetti studiorum. 823. cap. 5. præceptorum. 825. cap. 6. thesaurarij. ibidem. cap. 7. præfectorum cubiculis. 826. cap. 8. præfetti bibliothecæ. 827. cap. 9.

Officiû S. Inquisitionis. Vide S. Inquisitionis.

Officia in ecclesijs collegiatis parochialibus intra missam conuentualé præstanda. 119. erga morientes præstanda, quæ. 245. officiorum liber a Metropolitano, conficiendus, eorumque tabella habenda in Sacristia ecclesiæ Cathedralis. 355. collegiatæ parochialis. 365. & parochialis. 371. Vide parochi.

Officia ecclesiastica obtinêtes quomodo puniendi, si habitum clericalem, & tonsuram non deferât. 110. aut si non resideant. 150. si absint, fructus suos non faciunt. ibidem. ea obtinêtes quomodo recipi possint in congregationem oblato- rum. 613. cap. 2. & quomodo ea oblato recipere possint, aut dimittere. 646. de eorum vacantium fructibus mensæ Episcopali, vel alij perfoluendis constitutiones, & consuetudines abrogantur, & qui eas seruauerint, a solo summo Pontifice absoluendi. 858

Officia mortuorum populo diebus dominicis a parochis promulganda. 98. 119. qua formula denuncianda. 119. 292. qua hora in collegiatis celebranda. 119. quibus præcipue temporibus, ac diebus ab ecclesia celebrari solita. 293. ijs celebrandis que instructiones seruandæ. 583. qui, & quo ordine euocandi ad ea sacerdotés, & clerici. 28. Decretum 50. quo loco in iis danda eleemosina, & quibus, & quomodo distribuenda. 27. Decretum 46. 47. 48. 50. 117. crucum, campanarum, & huiusmodi nomine, nihil accipiendum. 394. neque cœnotaphij. ibidem. qualis in iis vestitus a cle-

ricis adhibendus. 105. quomodo ad ea admittendi clerici diocesani in ciuitate. 106. quæ in eis errata notâda, & a quibus. 588. & sequen. ad ea conuenientes sine tonsura, superpelliceo indecenti, aut barba ab superiore labro non rafa, quomodo mulctandi. 602. qua ratione ad ea conueniendum. 619. in iis ritu Ambrosiano celebrandis tria nocturna recitanda. 602. & qui ea non recitarint parochi, quomodo mulctandi. 830. aut ad ea admittentes clericos alienæ diœcesis contra præscriptum. ibidem. eorum tabella, & punctatores, & præfetti. Vide tabella, punctatores, & præfetti.

Officiû pro defunctis in congregatione diocesana quando, & quomodo celebrandum. 405. 408. ei qui non interfuerit, quomodo puniendus. 405

Officiû sepulturæ: vide sepultura. B. Mariæ Virginis. Vide Maria, & horæ canonicæ.

Officiorum ecclesiæ, eiusve ministrorum tabellæ habendæ in Sacristia Ecclesiæ Cathedralis. 354. & collegiatæ. 356. 364. officiorum parochialium item tabella habenda in Sacristia Ecclesiæ Cathedralis. 354. Collegiatæ parochialis. 365. & parochialis 371.

O F F I C I N Æ.

Officinæ aromataria monialium situs, locus, forma, & loca adiuncta. 342

Officinæ, diebus festis non aperiendæ. 128. tempore concionis in Quadragesima claudendæ. 91. 140. tempore item processionum in litaniis triduanis. 589. & cum sit processio in oratione quadraginta horarum intra aliquam parochiam. 593. neque in iis ociosè quouis tempore subsistendum. 104

In officinis bibliopolarum habendus index librorum prohibitorum. 125. num. 1. Index item librorum, qui in ea asseruantur. ibidem. nume. 2. ordinationes item ab iis seruandæ. 127. nume. 35. etiam ab impresforibus. ibidem.

Officinarum domini. Vide artifices.

O L E V M.

Oleum ecclesiæ in lampade adhibendum, quale. 94. 615. 229.

Oleum cur adhibeatur in consecratione fontis baptismalis. 210. in baptismo adhibendum, quale. 213. cur eo inungantur pectus, & scapulæ baptizati, & quid significet. 211.

INDEX RERUM.

Oleum est materia extrema vñtionis, & quid significet. 268. 269. Itemque chrismatis simul cum balsamo, & quid significet. 221. ad illud accipiendum quando mittendum sit. 214

Oleum infirmorum in propria fenestella asseruandum, & quomodo. 98. 617. si per errorem aliud oleum in extrema vñtione adhibeatur, proprium infirmorum iterum adhibendum 269. olei infirmorum vascula, & fenestræ. Vide vascula, & fenestræ.

Olea sacra in baptisterio asseruanda. 166. quo loco asseruanda. 93. In via a quibus deferenda. 9. Decretum 14. die conuentus diœcesani a Vicario foran. visitanda. 409. in tabernaculo Eucharistiæ non asseruanda. 615. vetera comburenda, nouis acceptis 214 si deficiant, aliud non sacrum illis miscendum, & qua ratione. 214. ea non decore asseruantes parochi quomodo mulctandi. 853. eorum vñtio, & lotio quomodo abstergenda. 95. eorum distributionis liber habendus in Sacristia Ecclesiæ Cathedralis. 355. & collegiata. 365. eorū vascula, & armaria. vide vascula, & armaria.

Oligatum Olonæ caput Plebis tertiæ regionis diœcesis Mediolanen. 423

Olginatum caput Plebis, quintæ regionis eiusdem diœcesis Mediolanen. ibidem.

O L I V Æ

Oliuæ vbi & quomodo benedicendæ, distribuendæ, &c. in Dominica Oliuarum. 22. Decret. 8. parochorum sumptibus distribuendæ. 118. Vide palmæ.

Oliuarum oleum in lampade ante Eucharistiam adhibendum. 94. 229. 615.

O N E R A.

Onera altarium, missarum, &c. Vide altaria, missæ, &c. eorum tabella. Vide tabella.

Onera a congregatione oblatoꝝ non recipienda, quæ. 653. cap. 7.

O P E R A.

Opera bona qua ratione a concionatore exponenda. 193. eiusdem cura instituenda, quæ. 198. misericordiæ ab operariis, & confratribus doctr. christ. exercenda. 677. Pietatis, a fidelib. præstada, quæ. 981. 984.

Operum piorum cuiusq; parochiæ index in visitatione a parochis exhibendus. 439

Operarij doctrinæ christianæ quales esse debeant, quibusve conditionibus ac virtutibus præditi. 665. cap. 1. & quibus præcipue rationibus id assequi possint. 668. c. 2.

deligendi ad excipiendas, & dirigendas processiones diœcesanas in festo inuentionis S. Crucis. 116. eorū communio quando promulgada. 87. Vide doctrinæ christianæ.

Opifices decretum de initio, & fine diei festi obseruent. 128. regularum pro cultu festorum index in visitatione a paroch. exhibendus. 440

Opus seruale, aut terrenum die dominico aut festo facientis pœnitentiæ canones. 249. Vide artifices.

O P E R C V L V M.

Operculum pixidis, quale. 388. quando, & quomodo purgandum. 398. candelaborum quale. 376. 386. altaris maioris, Episcopo celebrante, quotuplex. 348. aliis celebrantibus in Cathedrali. 352. In collegiatis. 361 & in parochialibus. 367. ad vsum altaris minoris item. 358

O P I N I O N E S & c.

Opiniones singulares a concionatore fugiendæ. 189

Oppida Romanæ ecclesiæ subiecta inuadentes, aut occupantes, a solo summo Pontifice absoluendi. 857. (benæ.)

Optionis ius in præbendis quale. Vide præ-

O R A R I V M.

Orarium, seu stola. Vide stola.

O R A T I O.

Oratio a Christo domino maxime commendata. 874. christianorum propria est. ibid. quam necessaria præcipue tempore calamitatum. ibidem. concioni præmittendæ a concionatore. 186. adhibenda ante visitationem. 120. die festo item. & pro quibus. ibid. & in Quadragesima præcipue. 140. quando, pro quibus, & quomodo adhibenda sit, docendi fideles a concionatore. 197. quomodo adhibenda sit, docendi pœnitentes a confessariis. 570. tempore Septuagesimæ, Quinquagesimæ, &c. instituendæ, quæ, & quomodo. 895. quæ, & quæ ratione a fidelibus singulis diebus adhibenda. 578. quæ item, & qua ratione a patribus, matribusve familias in familia instituendæ. 984 & 2b officinarum dominis, & artificibus. 987. Feria sexta in hora passionis ad eam recolendam instituenda. 198. pro ægrotis a parochis dominicis diebus indicenda. 261. a confratribus doctrinæ Christianæ frequenter exercenda. 670. ante, & post scholas in gymnasiis an adhibeatur, a parochis obseruandum. 86.

de

INDEX RERVM.

- de eius item exercitatione inquirendi ecclesiastici in conuentu diœcesano. 410. ad eam hortandi fideles pro synodo diœcesana futura. 48. & ante uisitationem. 120. in facris quatuor temporibus pro ordinandis. 192. ad eandem hortandi sponsi ante matrimonium. ibid. ei, cum aliqua de causa in parochiali habetur, qui interfint sacerdotes, & clerici, sicque defuerint, puniendi. 116
- Oratio communis, seu uespertina ubi, & qua ratione agenda. 878. & quando. ibid. etiã in hyeme. 115. quando, & quomodo pulsanda. 878. instituta, qua ratione, & à quibus augenda, & excitanda 115. à parochis excitanda. 173. ab oblatis in missione instituta, & excitanda. 663. qua hora agenda in œdibus Archiepiscopalibus. 626. de eius instituto literæ pastorales, & instructiones. 874. indulgentiæ cœlestis. 879. & quando à parochis euulganda, & quomodo consequenda, eius signum quomodo dandum, & quando. ibid. 878. 854. illudq; non dantes Parochi, quomodo multandi. 852. eidem orationi parochi semper interfint. 115. alioqui quomodo multandi. 852. ei interessentes canonici die festo, quas distributiones lucrentur. 116. ei non interessentes sacerdotes, & clerici parochiales, quomodo puniendi. ibid.
- Oratio matutina introducenda, & qua hora pulsanda. 854. ab oblatis in missione instituta, & excitanda 663. eius institutum qua ratione, & à quibus excitandũ, & augendũ. 115. eidem Parochi semper interfint. ibid. alioqui quomodo multandi. 852. aut si eius signum non dederint. ibid. eidem non interessentes sacerdotes, & clerici Parochiales, quomodo puniendi. 116
- Oratio 40. horarum ante sanctiss. Eucharistiam qua ratione agenda. 236. 592. 615. quibus in ecclesijs. 592. 615. extra ordinẽ non agenda sine episcopi cœcessu. 592. qua ratione in ea exponenda Eucharistia, & processio agenda. 236. 592. quot lumina adhibenda. 236. 597. qui, & qua rone ad eam conueniant. 136. 236. 592. etiã noctu. 236. qui altari assistere debeant. 236. 592. quæ officia celebrari non possint in ea ecclesia, in qua agitur. 592. quomodo eius exponenda causa liceat elemosinam colligere. 594. eius celebranda instructiones. 236. 591. easq; non seruantes parochi, quomodo multandi. 852. earum instructionum tabellæ quot habenda in Sacristia cathedrali. 355. collegiata. 364. & parochiali 371. instituenda ante uisitationem. 116. 437.
- Oratio sine intermissione quando, & qua ratione agenda. 879. quibus uel de causis. 881. eius agenda regulæ, & instructiones. 888. & literæ pastorales. 882. à quibus, & qua ratione in ea habendi sermones ad populum. ibid. eius causa indulgentia concessa à parochis promulganda. 115. eiusdem habenda causæ in tabella publicè proponenda. ibid.
- Oratio publica ante ministrationem confirmationis instituenda. 223. ad eam conuenientes sub vexillo quam indulgentiam consequantur. 884
- Oratio pro defunctis, qua hora habenda. 115. & pulsanda. 854. & quomodo. 115. ad eam excitandus populus à parochis, & indulgentiam concessa euulganda. 115
- Oratio dicenda à sacerdote ante ministrationem sacramentorum, quæ. 208. initio, & in fine conuentus diœcesani recitanda, quæ. 411. Itemq; ante synodum Diœcesanam. 47. Decr. 45. post confessionem à sacerdote in missa ritus Ambrosiani dicenda, quæ, & quomodo. 582. super populũ item. ibid. super synodum. 853. super oblata. 596. & post communionem. 540
- Oratio Dominica interdũ à concionatore explicanda. 189. cur in baptismo recitet. 211
- Oratio mentalis, qua hora adhibenda in familia Archiepiscopi. 622. à sacerdote ante missæ celebrationem adhibenda. 516. concionatore quotidie adhibenda. 145. ab oblatis item. 655. quamdiu, & qua hora à clericis Seminarij singulis diebus adhibenda. 829. cap. 2. ab operarijs doctrinæ christianæ frequenter adhibenda. 670. cognitio concionatori maxime utilis. 182. de eius exercitatione interrogandi ecclesiastici in conuentu Diœcesano. 410.
- Oratio in synodo diœcesana octaua indicta. 177. Decr. 3. & 79. Decr. 10. & seq. indicta diebus festis pro rebus publicis. 80. Indicta primo die synodi undecimæ Diœcesanæ. 178. p. 3. die secundo. 181. p. 3. tertio. 183. p. 3. & quarto. ibid. in fine Concilij Prouinc. sexti. 167
- Orationes in fereudis sacramentis recitanda, quæ. 205. In iisdem ministrandis dici solitæ,

I N D E X R E R V M.

solita, qua pietate recitanda. *ibid.* in deferenda ad aegrotos Eucharistia recitanda. 265. praeparatoria ad confessionem, in confessionali, & affigenda. 170. 239. 325. à disciplinatis simul recitanda, qua. 753. cap. 28. & 29. à Virginibus S. Ursulae recitanda item. 757. cap. 2. tempore pestilentiae indicta. 937. in Missa dicenda, quot. 525. quove ordine, & quomodo concludenda. *ibid.* à concionatore interdum explicanda. 188. ante missam à sacerdote dicenda, qua. 526. 516. dicenda, cum manus lauat, & indumenta vestit. 529. missa celebrata recitanda. 529. earum omnium tabellae habenda in qualibet Sacristia. 169. quot habenda in Sacristia ecclesiae cathedralis. 354. collegiatae. 364. parochialis. 371. & simplicis. 374

Orationes latinae, quando, & à quibus in Seminario habenda. 809. cap. 3.

O R A T O R I A.

Oratorium in sacristia habendum, quale, & ad quem usum. 169. 332. in eo habenda tabella orationum dicendarum ante missam. *ibid.*

Oratorij Archiepiscopi praefectus, & clericus: Vide praefectus, & clericus.

Oratoria, in quibus celebratur, quomodo aedificanda. 333. cap. 30. munda, ac nitida conseruanda. 334. antequam visitata sint, & approbata, in ijs non celebrandum. 518. quo ritu in ijs celebrandum. 24. Decr. 19. In ijs non celebrandus baptismus solenniter. 214. quomodo in ijs permittenda noua aedificia. 92. ab ijsq; eorumve testis, &c. rerum profanarum usus tollendus. *ibid.*

Oratoria priuata, quando in ijs celebrare liceat, aut non. *ibid.* 519. In oratorijs scholae, aut confratriae non celebrandum sine facultate, & qui contrafecerint, quomodo puniendi. 113. in iisdem ministranda Eucharistia intra missam. 98

Oratoria campestria, & in via sita, seu in quibus missa non celebratur, quomodo aedificanda. 314. cap. 31. quomodo claudenda. *ibid.* 91. qui eorum fabricis, & instructionibus praeficiendi. 91. elemosinae collectae, in libro notandae. *ibid.* in ijs altaria non permittenda. 314. 612

Oratoria colloquutionum spiritualium à Vicarijs foraneis, qua ratione instituenda. 89

Oratorium cuiusque parochiae index in visitatione à parochis exhibendus. 439

O R D O.

Ordo in missis dicendis seruandus. In conuentibus Dioecesanis habendis. 404. etià quò ad rationem sedendi. 411. Sedendi in congregationibus sacrae inquisitionis. 48. & in alijs. *ibid.* sedendi in congregationibus doctrinae christianae. 646. conuocandi clerum ad celebritates, officia, & funera, quorum cura seruandus. 586. In solalitate doctrinae christianae adhibendus. 693. cap. 1.

Ordo baptismi paruulorum ritu Ambrosiano ministrandi. 215. & supplendi in ecclesia solennes baptismi ceremonias, cum infans domi ob necessitatem baptizatus est, ministrandi sacram communionem. 233. ministrandi sacramentum poenitentiae. 244. ministrandi Eucharistiae sacramentum in firmis. 265. ministrandi sacramentum Extremae unctionis. 271. celebrandi matrimonium. 285. benedicendi sponsum, & sponsam. 287

Ordinis sacramentum, seu sacra Ordinatio, antequam ministretur, processiones, praeces, & ieiunia qua, & à quibus adhibenda. 5. 145. 277. Indictio, & edictum à parochis promulgandum, &c. 277. eius dignitas, utilitas, & necessitas. 276. Rubricae, seu instructiones à parochis seruandae. *ibidem.* de eo qua ratione agendum à concionatore. 192

Ordinibus. 147. 279. In conferendis dates, aut recipientes aliquid simoniace, à solo summo Pontifice absoluendi. 858. Itemq; in iisdem suscipiendis. 856

Ordines suscepturi, seu ordinibus, vel Sacramento ordinis initiandi, quibus virtutibus, ac dotibus praediti esse debeant, quare ratione à parochis instruendi. 279. quas testificationes afferant, & quando. 143. 580. qui reijciendi. 147. 279. qua in eorum examine quaerenda. 583

Ordines sacros, seu maiores suscepturi, quando episcopo se praesentent. 381. qua de se testata faciant. 581. de eorum censu, natalibus, aetate &c. à parochis denuncianda, & inquirenda. 581. iisdem initiati seminarij clerici, quam saepe confiteantur, & communicent. 529. cap. 2.

Ordines minores suscepturi, quibus de rebus examinandi, & quando examini se submitant. 142. qua de se testata faciant. 142. 580. qui non admittendi. 583. eorum functiones:

INDEX RERVM.

ctiones: Vide functiones.
Ordinibus initiati ordinem susceptum præfecto portæ significant. 596
Ordinum testificationes à Rectore ecclesiæ in visitatione exhibendæ. 440
Ordines diaconatus, subdiaconatus, Presbyteratus, &c. Vide diaconi, & subdiaconi, &c.
Ordinationum sacrarum libri à cancellario habendi qui, & quæ in eis describenda. 474
Ordinationes fabricæ ecclesiarum, & piorum locorum in libro notandæ. 176
Ordinaij canonici Metropolitanæ. Vide canonici.

ORGANVM.

Organum in processionibus Litaniarum veritum. § 88 subter illud altaria posita amouenda. 168. nec ibi extruenda, neq; etiã capellæ. 306
Organistæ non adhibendi in aliqua ecclesia sine episcopi facultate. 43. 102. & qui contrafecerint, quomodo multandi. 182. 863. eorum index in visitatione à parochis exhibendus. 439

ORNAMENTA.

Ornamenta altarium: Vide altaria. ecclesiæ, & sacris addicta, antequam adhibeantur, benedicenda. 8. Decr. 9. & qui ea adhibuerint, quomodo multandi. 85. 1. in visitatione ostendenda. 438. in ecclesijs, capellis, aut oratorijs quomodo fieri permittitur. 92. In ecclesijs, processionibus, & supplicationibus non adhibenda, quæ. 11. Decr. 20. sacris imaginibus adhibenda, qualia. 33. Decr. 6. 3. 14. à clericis in habitu, & vestitu fugienda. 147
Ornamenta de ecclesijs, & sacris locis auferentes, aut ei rei auxilium, vel fauorem dantes, à solo summo Pontifice absoluedi. 857
Ornatus nimius corporis, quando sit peccatum mortale, ob idq; non absoluendi, qui in eo peccant. 564. in eo peccantes viri, & mulieres, quando non admittendi ad munus compatrum, seu patrinorum in baptismo, & in confirmatione. 498. nu. 13. & 14. quando non admittendi ad sacramentum confirmationis. ibid. pœnitentiæ. 564. & Eucharistiæ. 510

OROSIVS.

Orosius Mediol. Archiep. 836. nu. 10.
Orthodoxographia patrum ante purgationem vetita. 126. num. 14.

O S S A.

Ossarius locus in cœmeterio vbi, & quomodo extruendus. 33a

O S C V L V M.

Osculum missalis, & pacis: Vide missale, & pax. quando, & quomodo osculandum à sacerdote altare in missa ritus Ambrosiani. 522

Osculo mulieris polluti pœnitentiæ canon. 255

O S T I A.

Ostium sacristiæ quale, & quomodo extruendum. 169. 331. oratorij, in quo missa non celebratur, quomodo muniendum. 334. cap. 3. 1. sepulcri, quomodo contegendum. 171. eius petra qualis. ibid. & quam longè distare debeat ab altari. ibid.

Ostio clauso non audiendæ confessiones mulierum egrotantium. 25. Decr. 28. 557. 574.

Ostia ecclesiæ quot, & qualia, & quomodo ornanda, pingenda, munienda, & claudenda. 92. 300. à qua parte nõ extruenda. 300 quando, & quomodo purganda. 365

Ostiolum tabernaculi Eucharistiæ claudendum, & à quo asseruanda clavis. 615. Vide tabernaculum.

Ostiola à confessionalibus amouenda. 98

Ostiarium occidentis pœnitentiæ canon. 249

Ostiarij, si sint negligentes in executione decretorum de recta in ecclesijs conuersatione, quomodo multandi. 135. in sacramento confirmationis ministrando adhibendi quot, eorumq; officium. 227

O T H O.

Otho Mediolani Archiepisc. eiusque præcipua gesta. 844. num. 98.

O T I V M.

Otiosæ vitæ dediti à concionatore reprehendendi. 191

O V A.

Oua in Quadragesima vetita. 139. quibus permittitur. ibid.

P

P A C T I O N E S.



Actiones cum concionatoribus ratione elemosinæ. 185. Simoniacæ: Vide simonia.

Pactum in locutionibus bonorum ecclesiasticorum, vt ea meliora reddi liceat

I N D E X R E R V M.

- ceat, quomodo permiffum. 16. Decr. 38.
- P Æ D A G O G I.**
- Pædagogi fidei profeflionem præftent. 86. eorum mores à quibus, & quomodo inquirendi, & probandi. *ibid.* eorum index in vifitatione à parochis exhibendus. 440. Vide ludi magiftri.
- P A G A N I.**
- Pagani ecclefiaftica fepultura non humani. 294. Vide gentiles.
- P A G I:** Vide opida.
- P A L A T I V M.**
- Palatij Apoftolici bona detinentes, à folo fummo Pontifice abfoluendi. 857. etiam fi prætextu regalium ea detineant. 858
- Palla, feu pallium, Vide pallium.
- Palla linollina, feu stola: Vide Stola.
- P A L L I V M.**
- Pallium quando in proceffionibus à clero adhibendum. 587. à fidelibus adhibendū, cum miffæ interfunt. 134. neque fine eo ad mittendi in ecclefiam ad diuina officia. 94. Vide ferrarolum.
- Pallium ad efferendos mortuos quorū fumptibus comparandum. In funeribus adhibendum quale. 602
- Pallia altarium: Vide altaria.
- Pallia feretralia qualia. 393. quot paranda ad vsum funerum in ecclefia cathedrali. 354. in collegiatis. 364. & in parochialibus. 370
- P A L M Æ.**
- Palmæ quo loco benedicendæ, & quomodo distribuendæ. 22. Decr. 8. eas distribuentes regulares, à Vicarijs foraneis deferendi. 94. Vide oliuæ.
- P A N I S.**
- Panis benedictus fub hoftiæ forma mulieribus poft puerperium non præbendus. 23. Decr. 14. 219. In facrificio miffæ requifitus qualis. 550. & quinam defectus ex parte illius contingere poffint. *ibid.*
- Panificij locus in monafterio monialiū, vbi, & quomodo extruendus. 341
- Panni, in cœmeterijs foli non exponendi, vfi abftergendi caput baptizati. Vide fabaria.
- Pannus à mulieribus ad velandum caput adhibendus qualis. 94. Vide velum, & mulieres.
- P A R A B I A G V M.**
- Parabiagum cap. pleb. primæ Reg. Diœcef. Mediol. 433
- Paramenta ecclefiaftica quo loco in Sacrifitia afseruanda. 169. & ad præfcriptâ formam conficienda. *ibid.* Vide indumenta, & fupellex.
- Paranympbi in baptifmo adhibendi: Vide compadres, & Patrini. In matrimonio adhibendi quales. 284
- Paraphrafes Flaminij in pfalmos ante purgationem vetitæ. 126. nu. 11.
- In paraſceue non licet corpora fepelire, nec miffam pro eis cantare. 293
- P A R E N T E S.**
- Parentes proprios filios non baptizent, niſi in ſumma neceſſitate, eaq; de re à parochis monendi. 209. baptifmi diem fuorū filiorum notent, eaq; de re à parochis monendi. 95. 220. cõfirmationis item diem. 228. qui filios ſuos cõfirmationis ſacramentum ſuſcipere negligunt, qua pœnitentia olim aticerentur. 223. à concionatore admonendi, vt filios diebus feſtis ad doctrinæ chriſtianæ ſcholas iubeant conuenire. 496. qua ratione monendi à concionatore de recta filiorum educatione. 192. Itemq; de alijs erga filios officijs. 184. eis non committenda adminiſtratio beneficij à filio minore obtenti. 47. Decr. 42. eorum percuſſores à ſolis epifcopis abſoluendi. 863. num. 73.
- Parentes occidentis pœnitentiæ canones. 250. & contra præceptum de illis honorandis peccantium. 249. parentum quoq; filios ſuos occidentium. 250. Vide Pater.
- Parerga ornatus cauſa ſanctorum imaginibus apponi ſolita, qualia eſſe debeat. 314
- P A R I E T E S.**
- Parietes ecclefie, quomodo picturis ornandi. 92. 298. 612. In ijs in ecclefia extruendis quæ cauenda. 297. ab ijs profanus reſum vſus tollendus. 92. nec propè eos arma reponenda. 135
- Parietes oratorij in via ſiti quomodo pingendi. 334. cap. 31. cœmeterij quales. 330. eorum altitudo. *ibid.* 94
- Parietes monafterij monialium, quomodo extruendi. 347
- P A R L A M E N T A.**
- Parlamenta publica in eccleſijs vetita. 134.
- Parlatoria monafterij monialium qualia, quotq; in ijs rotæ permittendæ. Vide loca collocautionis.
- P A R O C H I.**
- Parochi, qua ratione colendi, & obſeruandi ſunt.

INDEX RERUM.

ant, docendi fideles à concionatore. 192. quibus studijs adscribendi. 108. quibus anni temporibus ab episcopo cōuocandi. 42. Decret. 27. à propinquo Parocho, cum ægrotauerint inuisendi. 260. eorum præcepta irridentis pœnitentiæ canon. 249

Parochi, si iuramentum, & obligationem de residendo intra præstitutum tempus non obseruarint, à solo summo Pontifice absoluedi. 858. cum plures sunt in eadem ecclesia, qua ratione inter se partiantur curæ parochialis officia. 118. quos pueros docere possint, & quomodo. ibidem si sine scripta facultate pueros doceant, quomodo mulctandi. 119. si coadiutorem habet, ipsi quoq; resideant, & officia debita præstent, si absint, à quibus deferendi, quibus precipuè diebus, ac temporibus abesse nõ debeant, si quæ absint mulctandi. 108. 113. ab ecclesia non discedant sine licetia. 602. si non resideant, à Vicarijs foraneis deferendi. 621. qualem togam exteriorem adhibeant. 36. Decr. 19. eam ferant, etiam si doctores sint, alioqui quomodo mulctandi. 103. vbi, & quādo caputium ferant. 13. Decr. 28. 36. Decr. 19. quos libros potissimum habeant, & assidue legant. 172. librū ritualem, & sacramentalem habeant, ac seruent. 618. librum status animarum, quādo, & qua ratione conficiant. 596. 619. si præscriptos libros non habeant, quomodo mulctandi. 603. Itidem si libros parochiales non habuerint, rectè custodierint, & ad quos debent, non detulerint. 852. literas, edicta, & decreta ad eos tranmissa qua ratione seruent. 618. si coadiutorem præscriptum non habeant, quomodo mulctandi. 118. qualem clericum habere debeant, & quomodo sustentent. 42. quibus in rebus illum non occupent. 174. si eum non habuerint, quomodo mulctandi. 162. certam præposituram sibi deligant. 8. Decret. 12. & quando ad eam conueniant. 9. Decret. 13. cum in ciuitatem veniunt, eui se præsentent. 602. 621. ædes parochiales à domicilio colonorum distinguant, alioqui quomodo mulctandi. 119. quomodo mulctandi, si errent contra tabellam ætorum, & mulctarij. 849. & in quibus precipuè capitibus. 851. quæ decreta precipuè exequantur. 71. quæ potissimum præstent ex præscripto visitationis Apostolicæ. 173. quid de illis inuestigent testes

synodales. 51. Decret. 47. monitiones ad eos pertinentes. 58. & monita executionis decretorum. 118. eorum sepulcrum: vide sepulcrum. quæ circa eos curent, & exequantur visitatores. 430. eorum merces, quomodo constituenda. 175. Vide Rector.

Parochi regulares, Vide regulares.

Parochi canonici, Vide canonici.

Parochi coadiutores, Vide coadiutores.

PAROCHORVM OFFICIVM,

Quò ad fidei tuendæ studium.

Parochi quam diligentiam adhibeant in hereticis, aut suspectis de heresi inuestigandis, ac denunciandis, eorumque commercio tollendo. 87. 122. 173. In inuestigandis, ac denunciandis ijs, qui ex finibus hereticorum, aut alienis prouincijs de heresi suspectis veniunt. ibidem. 604. populum item ea de re moneant, & vt suspectos denuncient, ea de re edictum promulgent. 121. obseruent pueros, & adolecentes, qui ex locis hereticis, aut suspectis linguæ, mercaturæ, aut literarum causa veniunt. 87. quando, & quibus facultatem proficiscendi ad loca hereticorum concedere possint, & quomodo. 87. literas de ijs, qui ad huiusmodi loca proficiscuntur, promulgent. 125. Indicem deferant eorum, qui in iisdem locis ex facultate degunt.

Parochi neminem permittant docere artes liberales, aut literas, nisi testimonium præstitæ professionis fidei exhibeant, alioqui quomodo mulctandi. 853. Iudi magistros suæ parochiæ inquirant, ac deferant, pro eadem fidei professione præstanda. 86. si non deferant, quomodo puniendi. 86. 853. regulas indicis obseruari curent. 86. visitent eos, qui libros venales circumferunt, & quid præstent. ibidem. libros à defuncto relictos recognoscant. 86

Parochi moneant populum, nè sacra scriptura abutatur. 2. vitam, & mores cingarorum obseruent. 86. superstitiones suæ parochiæ hominum, quando potissimum inquirant, & ad episcopum deferant. 91

Parochi, quæ seruari curent in sacris imaginibus effingendis, & in votorum nuncupatione, ei nuncupationi curent populum adesse. 91. à laicis peregrinatione

INDEX RERVM.

nationem suscepturis adnandi, & consulendi. 41. Decret. 23. literas ad eorū vsum introducant. 41. quibus non dent testimonium de vita, & moribus ob huiusmodi peregrinationem suscipiendam. ibidem. eam suscipientibus ante, & post benedicant. 41. Decr. 23.

QVO AD FIDEI INITIA, seu Doctrinam Christianam.

Parochi diebus festis pueros in rebus fidei erudiant, & in doctrina christiana instituunt. 603. eius doctrinæ scholas instituāt, & qua ratione. 619 si id negligant, quomodo mulctandi. 852. itidem si illius habendæ signum stata hora non dederint. ibid. scholæ suæ parochiæ præsent, & quid potissimum præsent. 675. cap. 3. qua ratione, & à quibus in huiusmodi scholis adiuuandi. 33. Decr. 5.

QVO AD VERBI DEI prædicationem,

Parochi verbum Dei prædicent. Impediti, per alios id præsent. 180. negligētes, vel contumaces, quomodo puniendi, & à quibus deferendi. 89. à Vicarijs foraneis deferendi. 88. Indocti item, & inepti ad alios confugiant, aut libros sibi comparēt, aut è libro aliquid recitent, & qua ratione. 172. quando, & quibus sermones habitos exhibeant. 603. quo tempore concionem habeant, & qua potissimum hora. 88. 187. quo loco in missa concionentur, & quo vestitu. 187. In oratorio, sacello, aut alibi quem locum ad concionandum deligant, 187. qua ratione de libro Euangeliorum aliquando concionentur. ibid. 71. 88. 172. quibus præcipue diebus, temporibus, & in quibus actionibus concionentur, seu sermonem habeant. 88. 172. 188. diebus Dominicis, & festis. 172. 188. 603. 620. In quadragesima, aduentu, diebusq; ieiuniorum. 88. 188. In solennitatibus Domini. 188. In administratione sacramentorum. 172. 188. Baptismi. 219. Confirmationis. 268. Eucharistiæ. 228. Extremæ vñctionis. 285. Pœnitentiæ. 236. Matrimonij. 277. Ordinis. ibid. cū publicæ supplicationes, aut Iubileum celebratur. 188. In exequijs, benedictionibus, & alijs officijs Parochia

libus. 188. si id non fecerint diebus festis, & in ministracione sacramentorum, quomodo mulctandi. 852. quomodo concionari possint episcopo in eadem civitate, oppido, aut loco concionante. 188. dum concionantur, missa in ea ecclesia à nemine celebranda, neque baptismus ministrandus. 21. Decr. 2. eosq; instruant ad præscriptum libri instructionū. 88. nihil profanum de altari enuncient. 34. Decr. 12. alioqui quomodo mulctandi. 852. populum in conveniendo ad concionem negligentem repræhendant. 190. occasione prædicationis nihil paciscantur, queritent, vel accipiant. 184. corruptelas in sua parochia extirpandas, & opera pietatis excitanda concionatori significent. 198. qua ratione ab iisdem concionatoribus quò ad curam parochialem adiuuandi. 198. curent officinas, & tabernas tempore concionis in quadragesima claudi. 92. librum instructionis prædicationis verbi Dei habeant. 88. Vide concionatores.

QVO AD DIES FESTOS, & sacra tempora.

Parochi diebus Dominicis, & festis in ecclesia parochiali celebrent. 518. Alioqui quomodo mulctandi. 852. quave hora. 173. 519. 854. concionem habeant. 172. 188. 620. alioqui quomodo mulctandi. 852. fidei initia tradant, & doctrinam christianam doceant. 604. alioqui quomodo mulctandi. 852. aquam benedicant, & aspergant, alioqui quomodo mulctandi. 852. vespere canant. 98. Decret. 21. 112. 604. 620. alioqui quomodo mulctandi. 112. 852. Iter non suscipiant sine licentia. 113. processiones introducant. 604. moneant fideles, vt iisdem diebus missæ Parochiali, & verbi Dei prædicationi interfint. 606. populum instruat de cultu festorum. 90. 620. quid cum eo agant pro eorum obseruatione. 130. dies festos, & vigiliis denuncient. 64. Decr. 2. missam non audientes, aut seruilia opera facientes deferant. 606. die Dominico stationes, Indulgentias processiones &c. promulgent. 120. matrimonia item. 283. & anniuersaria sequentis hebdomadæ. 117. quave formula. 119. In solennitatibus Domini diuina officia in ecclesia canant. 112. curent magistratus in eccle-

I N D E X R E R V M.

ecclesiam ad ea conuenire 90. eos, qui rursus ire solent, hortentur, vt iisdem diebus, in aduentu item, & quadragesima in ciuitatem veniant. *ibid.* parochiales hortentur, vt diem festum, & vigiliam S. Patroni obseruent. 31. Decr. 2. eiusdem sancti vitam populo explicent. *ibid.* Indicem dierum festorum, indulgentiarum, & celebritatum suarum parochiarum &c. conficiant, & exhibeant. 90. occasione celebritatis alicuius festi diei, quando praefecti fungantur officio in propria ecclesia. 583. quomodo accedere possint ad huiusmodi celebritates, in aliena ecclesia celebrandas. 114. quae seruetur tempore Iubilei, populum instruant, &c. 915. quadragesimae initium die Dominico praecedenti denuncient. 64. Decret. 3. quando, & quomodo concedere possint facultatem aegrotis vtendi cibis vetitis in quadragesima, aut non ieiunandi. 141. sextis feriis quadragesimae, qua ratione crucem adorandam exponant, eaque de re populum instruant. 115. populum moneant, vt in litanis triduanis ieiunium seruet. 589. 92. die sabbati Antiphonam de B. Virg. canant. 34. Decr. 9. 116. alioqui quomodo mulctandi. 852

Q V O A D S A C R A M E N T A.

Parochi, quam animi puritatem in sacramentis ministrandis adhibeant. 204. antequam ea ministrent, peccati mortalis, si quo tenentur, saltem contritionem habere curent. 204. quam parati, & prompti esse debeant ad ea ministranda. *ibid.* quam praeparationem, & orationem, antequam ea ministrent, adhibeant. *ibid.* ordinem ministrandi, & caeremonias in sacramentali recognoscant. *ibid.* quando, & qualem sacerdotem adhibeant comitem, si quae laborant aegritudine. *ibid.* clericos item parochiae accersant comites, & quid eos moneant. *ibid.* qualem in sacris vestibus, suppellectili, & vasis nitorem adhibeant, quoque habitu ministrent. *ibid.* preces, & sacramentorum formulas de libro legant, non memoriter recitent. *ibid.* sacramentorum vim, & usum qua ratione dum ea ministrant, explicent. *ibid.* 172. 188. si quae non fecerint, quomodo mulctandi. 852. qua ratione in via se gerant, & orationes recitent, cum ad sacramenta ministranda

proficiscantur. 205. qua attentione, pietate, vocis distinctione, &c. verba recitent, caeremonias adhibeant, & sacramenta ministrent. *ibid.* quando lumina in ijs ministrandis adhibeant. 206. qua intentione, & attentione ministrent. *ibid.* in ministrando nihil petant, aut exigant. *ibid.* alioqui quomodo mulctandi. 853. populum ad suscipienda sacramenta hortentur, & excitent. 34. Decr. 10. quo habitu fideles ad ea suscipienda accedere curent. 206. curent viros arma deponere. *ibid.* & mulieres esse velatas. 206. idem etiam curent in patris, paranymphis &c. *ibid.* qua pietate curent fideles ijs ministrandis adesse. *ibid.* quos adesse non permittant. *ibid.* quae alia in eorum ministracione curent. *ibid.* quae sacramenta ex officio ministrare possint. 206. quasve rubricas, & instructiones in ijs ministrandis generatim seruent. 204. & seq. Vide sacramenta.

Q V O A D B A P T I S M V M.

Parochi, Quas Rubricas, seu instructiones baptismi ministracione seruent. 206. quae in eius ministracione, quod ad materiam, & formam attinet, animaduertant, & populum doceant. *ibid.* qualem aquam adhibeant. *ibid.* ad benedictionem fontis baptismalis statis diebus accedant. *ibid.* qua ratione vas ad afferendam aquam afferant, & ad ecclesiam reportent. 206. quomodo aquam baptismalem in baptisterium effundant, & fontis actionem peragant. *ibid.* & seq. fontis actione peracta, missam celebrent. 207. qua ratione, tum aquam baptismalem, tum etiam fontem a fordibus purum, & nitidum toto anno afferuent. *ibid.* quomodo se gerant, si aqua baptismalis corrumpatur, vel deficiat. *ibid.* fontem claudant, eiusve clauem apud se afferuent. *ibid.* 34. Decret. 9. alioqui quomodo mulctandi. 853. quid faciant, si aqua baptismalis congeliet, aut nimis gelida fiat. 207. populum doceant, qualis aqua adhibenda sit instante necessitate. *ibid.* quam formam in baptizando seruent. *ibid.* eandem populum doceant, ac praecipue obstetrices. *ibid.* 55. an illam teneant, experiantur, eorumque nomina in libro notent. 207. quando vrantur forma sub conditione. *ibid.* quomodo formam adhibeant

I N D E X R E R V M.

beant infanti, in aliquo corporis mēbro ob necessitatem baptizato. *ibid.* 208. quæ seruent in monstro humano baptizando. 208. quid doceant fideles, quò ad ministrū baptizati in casu necessitatis. *ibid.* doceāt, vt cum de partu dubitatur, parochum, aut alium ecclesiasticum accersant. *ibid.* moneant item parentes, nè proprios filios baptizent, nisi in summa necessitate. *ibid.* quomodo baptismum ministrent, tum immersionis, tum infusionis ritu. *ibid.* quomodo ministrent, quove ordine, cum plures simul offeruntur, aut mares, & feminae simul. *ibid.* Infantes in hebdomada autentica nati, & pentecosten præcedenti in cathedralem deferri curent. 208. à baptizandi solennitate in sabbato Sancto, & pentecosten abstineant. *ibid.* ritus, & cæremonias in baptismo adhibendas, earūque mysteria teneant, & eas adhibeant, præterquam in casu necessitatis. 210. quas adhibeant cæremonias, antequam baptismus ministretur, & quid illæ significant. 209. quas adhibeant, cū ad baptismi fontem ventum est, & quid significant, quas item adhibeant peracto baptismo, & quid significant. *ibid.* 212. quæ animaduertāt, ac seruent in compatribus, seu patrinis. 212. quot, & quales compadres adhiberi permittant. 213. & quos adhiberi nõ permittant, ab eoque munere reiiciant. *ibid.* 10. Decret. 16. quales potissimum à fidelibus eligi moneant compadres. 213. si compadres rudes esse suspicentur, ab illis fidei rudimenta ante recitari iubeant. 34. Decret. 7. symbolum, & orationem dominicam simul recitari iuxta ritum iubeant. 212. chrisma ab ijs tangi non permittāt. *ibid.* nihil item ab ijs infanti, eiusve parētibus donari. 212. neque ob id infantem in altari collocari. *ibid.* eisdem compatribus linteola in baptismo adhibita osculanda non præbeant. *ibid.* eos moneant de officio erga filiolos debito. *ibid.* quæ curent, ac præmoneant, antequam infans in ecclesiam ad baptismū deferatur. *ibid.* sine quibus villo pompæ ornatu. *ibid.* candelam deferri præmoneant, & qualem. 213. moneant, nè turpe nomen imponant, obscenum, &c. sed sancti alicuius. *ibid.* exposito infanti nomen in schedula collo appensa imponant, & in libro notent. 214. eam schedulam à præfectis hospitalium asser-

uari moneant. *ibid.* quid populum doceāt de huiusmodi infantibus expositis. *ibid.* cum iter ad ecclesiam longius est, aquam in via portari moneant. *ibid.* vellem item candidam deferri ad baptismum curent. *ibid.* quæ curent, cum timetur de partu. *ibid.* cum periculum fœtui imminet, qua ratione cum baptizari doceant. *ibid.* quid curent, si mulier antequam pariat moriatur, quamve cautionem in extrahendo infante adhiberi. *ibid.* preces pro fœtu adhiberi curent, ac super mulierem parituram orent, eiq; benedicant. *ibid.* quæ seruent, & parēt, antequam baptismū ministrent. *ibid.* caueāt, nè in peccato mortali ministrent, neq; cibo sumpto. *ibid.* & quæ potissimū hora ministrēt. *ibid.* alienæ parochiæ infantem nõ baptizent, nisi in casu necessitatis. 213. aut de proprii parochi, vel epi licentia. *ibid.* quid inuestigent de baptismo domi adhibito, & quomodo se gerant in dubio. *ibid.* In sola ecclesia parochiali solenniter baptizent. 213. antequam baptizent, qua ratione oleum, & chrisma præparent. *ibid.* chrismate, vel oleo veteri non vtantur, nisi in casu necessitatis. *ibid.* 34. Decret. 8. ad ea accipienda in tempore mittant. 213. Nouis acceptis vetera comburant. *ibid.* alioqui quomodo mulctandi. 853. quomodo se gerāt, si oleum intra annum deficere videatur. 213. quæ parent ad lauandas, & absterge das manus suas, & caput baptizati. 216. quot, & qualia mantilia ad illum vsum parent. 616. Vide sabaria. quale sal adhibeant, & quomodo benedicant. 216. librū sacramentalem parent, ac præuideant. *ibid.* clericum, & lumina adhibeant. *ibid.* superpellicum, & stolam adhibeant. *ibid.* quæ alia in ministracione animaduertant. *ibid.* In eo ministrando decreta Prouincialia seruent. 617. quæ seruent post baptismum. 219. soli manus lauent. *ibid.* linteola in baptismo adhibita ad profanum vsum non adhibeant. *ibid.* sermonem habeant, & qua de re. *ibid.* alio qui quomodo mulctandi. 852. compadres moneant de cura filiolo adhibenda. 219. doceant item cognationem spirituales contrahtam. *ibid.* moneant de cautione infanti adhibenda, & de excommunicatione inobedientibus proposita. *ibid.* ea de re decretum sæpè euulgent. 95. quæ ratione proce-

I N D E X R E R V M.

procedant contra inobedientes. 95. moneant de benedictione à puerpera accipienda. 219. quid ve in ea benedictione caueant. 219. 23. Decr. 14. & seq. conuiujs, seu comestationibus occasione Baptismi non intersint. 23. Decr. 13. 219. Infantem, compares, & baptismi diem in libro notent, quare formula. 119. 219. 617. qui non habuerint, aut non rectè asseruarint, &c. quomodo mulctandi. 852. diem baptismi à fidelibus colicurent. 219. & ob eam causam in libro à parentibus notari moneant. ibid.

QVO AD CONFIRMATIONEM.

Parochi, quæ curent atq; exequantur, episcopo sacramentum confirmationis ministrante. 221. literas pastorales dominico, aut festo die precedente promulgēt, diem indicant, & populum instruant. *ibidem.* quæ præcipue doceant de religiosa huius sacramenti susceptione. 221. & quod ad illius materiam, & formam, virtutemq; in eo collatam. 221. doceant item illius effectus, & dona collata. 221. quid doceant, quod ad tempus, & ritum, quo ministratur. 222. curent, vt oēs qui possunt, ac debent, illud suscipiant, & negligentes obiurgēt. *ibid.* quam præparationem ante illius ministracionem adhiberi curent, & agenda præmoneant. 222. orationem publicam ea de causa instituant. 222. confirmandos notent. *ibid.* quid seruent, cum pueri natu minores confirmantur, vt eius rei memoria conseruetur. 222. ægrōtos confirmari curent. *ibid.* eos, quos non accedere præmoneant. 222. quam præparationem spiritualem à confirmandis adhiberi curent. *ibid.* tum etiam externam, & corporis, & vestitus. 224. qua ratione cum populo procedant in ecclesiam, in qua sacramentum confirmationis ministrandū est. 224. quando, & qua ratione, an confirmandi, eorumq; patrini norint fidei rudimēta, cognoscant. *ibid.* quæ præmoneant, quod ad patrinorū electionem. 224. post confirmationem, quæ præsent. 241. populum ad ecclesiam reducant, & quid moneant. *ibid.* confirmatorum schedulas quomodo asseruent, & recognoscant. 95. confirmatos ad præscriptam formam in libro describant. 119. qui non fecerint, quomodo mulctandi. 852

QVO AD SACRAMENTVM Eucharistia.

Parochi quas rubricas, seu instrucciones in sacramento Eucharistia seruent. 228. quæ populum doceant, & quando de illius excellentia, de modo accedendi, eiusve fructibus, vi, dignitate, &c. *ibidem.* 497. 509. si que id non fecerint, quomodo mulctandi. 852. quando, & quomodo populum cohortentur ad frequentem sacrae communionis usum. 228. ad illam eum cohortentur, præsertim in solēnitatibus. 228. in agressionem alicuius rei difficilis, itineris periculosi, &c. eoq; item absoluto. 228. itidem mulieres proximè parituras. 230. qua ratione sanctissimam Eucharistiam asseruent. 230. qua ratione tabernaculum claudant, ornent, &c. *ibid.* eius clauēs apud se asseruent. *ibid.* 34. Dec. 9. In eo nihil aliud asseruent. 230. si in ijs peccarint, quomodo mulctandi. *ibid.* quot, & quales pixides habeant. 230. lampadem ante Eucharistiam habeant. 230. alioqui quomodo mulctandi. 853. quot particulas Eucharistia asseruent, & quando illam renouent. 97. 230. si statō tempore non renouent, quomodo mulctandi. 853. hostias, & vinum communionis populi suis sumptibus parent, nisi ab alijs ex probata consuetudine paranda sint. 118. quam recetes hostias adhibeant. 230. quos admittant, vel non admittant ad sacram communionem. *ibid.* 499. non ministrent hæreticis, schismaticis, excommunicatis, publicis peccatoribus, &c. *ibid.* reis capite damnatis in tempore ministrent. *ibid.* amētibus, quando ministrent. *ibid.* & pueris natu minoribus. *ibid.* antequam illos admittant, primum instruant, & quando, quare ratione. *ibid.* 97. 499. quam animi præparationem à fidelibus adhibendam doceant. 230. quæ doceant in ipsa communionē seruanda. 230. quam præparationem corporis adhibendam doceant. *ibid.* 615. qua ratione Eucharistiam ministrent. 232. 506. quando, & quomodo in missa ministrent. 232. 507. tum etiam extra missam. 232. 506. quæ alia ad eam ministrandam præparent, & in ministracione seruent. 232. quæ post communionem populum doceant. *ibid.* quæ præparationem adhibeant in cōmunionē frequentis populi. *ibid.* 503. viros separatim

n a mu-

I N D E X R E R V M.

a mulieribus communicent, & qua ratio-
 ne. 33. 503. qua in tota ministracione ser-
 uent, quove ordine ministrent. 233. 506.
 post ministracione qua seruent. 223. 507
Parochi qua seruent in Paschali communi-
 one. 235. constitutionem Concilij Lateran.
 de comunione ab omnibus sumenda, quan-
 do promulgent. ibidem. de q; ea sumenda,
 quando, & qua ratione populum moneat.
 98. 501. nomina eorum qui communica-
 re debet, in quadragesima describant. 290
